

PROPRIUM SANCTORUM

Die 29 novembris

Bb. Dionysii
et Redempti
Martyrum O. N.

Lectio iii

Dionysius a Nativitate ordinum habuit Huneflórii, in província Néustriæ, et a paréntibus ad pietatem institutus, recte eorum cursus respondit. Arti náuticæ addic-tus, várias Európæ et Américæ plagas adnavigavit. In Indias Orientáles advéctus, contra idolólatras multa strénue et gloriouse egit. Superna vocatione illustratus, Ordini Carmelitárum Excalceatórum in convéntu Goáno se adscripsit et regulári observántia ómnibus admiratiōni et exēmplo exstitit. Cōntigit autem, ut Lusitani oratórem mitterent ad regem Achim, ut fódera iúngerent. Orátor probe noscens peritiam Dionysii, eum ab Ordinis superiöribus cōmitem obtinuit. Ad insulam Súmatram cum appulissent, caténis onústi sunt et Achim traducti. Oratōre libertate

donáto, Dionysius in cárcerem est detrusus et cruciati-bus frustra tentátus, ut Mahumétis legem amplectere-tur. Cápite a vertice ad aures acínace diffisso ac corpore gládiis terebrato, martyr oc-cubuit. - Redemptus a Cruce, Lusitánus óppido Parédes, ad Indias Orientáles se cónferens, militiæ adscriptus est, et dux custodiæ factus. Deinde hábitum Conversórum inter Carmelítas Excalceátos induit, et beáto Dionysio sócius adiunctus, in ínsula Súmatra et ipse omnimodis cruciati-bus martyrii palmam est consecutus. Leo Papa décimus tertius, Dionysium a Nativitate et Redemptum a Cruce, beatórum Mártyrum albo ad-scripsit.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

V. Exsultábunt Sancti in glória. R. Lætabúntur in cubilibus suis.

Ad Bened. ant. Vestri capilli cápitib⁹ * omnes numerati sunt: nolite timere: multis passéribus meliores estis vos.

Die 5 decembris

2

Oratio

Deus, qui mirabili disposi-tione beatos Dionýsium et Redemptum, per maris pericula ad palman martyrii perduxisti: eórum intercessione concéde; ut in-ter mundanas varietates et sœcularia desidéria, fidéles usque ad mortem in confes-sione tui nóminis manéamus. Per Dóminum.

Et, post com. feriae in Ad-ventu, fit com. S. Saturnini Mart.:

Ant. Qui odit * ánimam suam in hoc mundo, in vi-tam atérnam custódit eam.

V. Iustus ut palma florébit. R. Sicut cedrus Líbani multiplicabitur.

Oratio

Deus, qui nos beati Sa-turnini Mártyris tui concédis natalitio pérfrui: eius nos tribue méritis adiu-vári. Per Dóminum.

Die 5 decembris

B. Bartholomæi

Fanti

Conf. O. N.

Lectio iii

Bartholomæus, Mántuæ natus, stúdiis ac virtuti-bus multum profécit et, opitulante beatissima Virgi-ne, religiosam vocationem sentire méruit. Carmelitárum Ordinem ampléxus, se iúgiter patiéntem et húmiliem exhibuit. Sacérdos et concionátor, pro salute ani-

márum procuránda, nulli pepércit labóri. Instítuit lai-córum sodalitátem sub titulo beátæ Mariæ de Monte Car-mélo, ad pia exercitia fo-venda. Assíduus cultor sanctissimæ Eucharistia, noctes diésque in précibus fundén-dis versabatur, et saepe ei Deus concéssit facultátem operándi prodigia et instan-táneas sanatiōnes in ægrótis. Plúribus officiis in sua Com-munitáte egrégie functus, tandem die quinta decémbris, anno millésimo quadringentésimo nonagésimo quinto obdormívit in Dómino. Cultum ei ab imme-morabili témpore exhibítum. Pius décimus, Póntifex má-ximus, comprobávit.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

Ant. Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituam, intra in gáu-dium Dómini tui.

V. Iustum dedúxit Dómi-nus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Deus, qui beatum Bartholomæum in sanctissimæ Eucharistia tuæ cultu, et in reguláris disciplinæ observántia mirabilem effec-tisti: concéde propítius; ut eius intercessione et exēmplo, terréna despiciéntes, tibi soli adhærere, et te perfécte diligere valeámus: (Qui vivis et regnas.)

Deinde com. S. Sabbæ Abb.: Ant. Similabo eum * viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram.

V. Amavit eum Dóminus, et ornávit eum. R. Stolam gloriæ induit eum.

Oratio

Intercéssio nos, quæsumus, I Dómine, beati Sabbæ Abbatis comméndet: ut, quod nostris méritis non valémus, eius patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Die 11 decembris

B. Franci

Conf. O. N.

Lectio iii

Francus in Senárum pago nómine Grotto, piis paréntibus ortus, multis criminibus insorduit et divino consilio inter ipsa scélera excæcatus est. Cæcitatis autem pena resipiscens, labriosa peregrinatio sancti Iacobi Compostellani ecclésiam invisit, ubi lumen perfécte recépit. Romæ, a Gregório décimo, plenáriam obtinuit peccatórum remissióinem. Senas revérsus, vitam in solitúdine asperrimam egit multosque ad pénitentiam permóvit. Beatíssima Virgine admonénte, Carmelitano hábitu indutus, in monástica disciplina mirifice profécit, corpúsque suum ádeo austére spirítui subiugavit, ut singula fere mem-

bra cíngulis férreis adstrícta géret, et in dies asperioris vita rationem exquireret. Prophético spíritu et miraculis in vita, obituque, ac post óbitum splénduit. A Cleménte quinto vir sanctus in Beatórum númerum est relátus.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

V. Iustum deduxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ant. Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constitua, intra in gaudium Dómini tui.

Oratio

Deus, qui omnipoténtiam tuam parcendo máxime, et miserando maniferas: concéde propitiū; ut, sicuti beatum Francum Carmelitam méritis gloriósum ad regna siderea vocasti, ita nos fácias eius méritis et præcibus à peccatórum nostrorum sórdibus liberári. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum.

Deinde com. S. Damasi I Pa-pæ et Conf.:

Ad Magnif. ant. Sacérdos et Póntifex, * et virtútum opifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dóminum. †

V. Amavit eum Dóminus, et ornávit eum. R. Stolam gloriæ induit eum.

Oratio
G regem tuum, Pastor æ-térne, placátus inténde: et per beatum Dámasum, Summum Pontificem, perpétua protectione custodi: quem totius Ecclésiæ præstitisti esse pastórem. Per Dóminum.

Die 16 decembris

B. Mariæ ab Angelis

Virginis O. N.

Lectio iii

M aria ab Angelis, Augústæ Taurinórum, paréntibus pietate et nobilitate conspicuis orta, christiánæ disciplinæ præceptiōibus est instituta. Tanto patiéndi amore a primis annis est affécta, ut omni asperitate corpus suum afflictare institerit. Adhuc sexénnis nihil magis habébat in votis, quam ut sacratissimo Christi Córpo re se reficeret. Ut castitatis florē ab omni labe servaret immúnem, claustrorum in látebras se recipere stáuit, et ad Moniales Ordinis Carmelitárum Excalceatórum eiúsdem civitatis advolávit. Ibi virtútibus obediéntia, paupertatis et castitatis emi-tuit, et, Deo sic volénte, ab inférno hoste vexáta, vitam traxit quovis pœnárum género acerbiorē. Suprénum ascetérii moderámen invita récipiens, eo múnere semper egrégie perfuncta est.

Divinæ gloriæ propagandæ studiosissima, novum sui Ordinis monastérium in Monte Calério excitávit. Caritatis officium erga próxi-mum et erga ánimás, quæ piaculári igne torquéntur, assídua pietate exércuit. Singulari pietatis stúdio beatissimam Vírginem, eiúsque sponsum sanctum Ioséphum prosecúta est; quibus exorá-tis, pátriā suā ab hostili incursiōne liberávit. Prophetiæ dono, discretiōne spirítuum, scrutatiōne códium et miraculis incláruit. Conquiévit in ósculo Dómini, anno millésimo septingentésimo décimo séptimo. A Pio nono in beatárum Vírginum númerum adlécta est.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

V. Diffusa est grácia in lábiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Bened. ant. Simile est regnum cælórum * homini negotiatori quærénti bonas margaritas: invénta una pretiosa, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

Oratio

Deus, qui beatæ Mariæ Virginis tuæ angélicis dedisti móribus vivere: præsta nobis fámulis tuis; ut, eius imitatiōne, carnis superatís illécebris, Angelórum consórtium conseguiri mereámur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum.

Et fit com. feriae.

Deinde com. S. Eusebii Ep. et Mart.:

Ant. Qui odit * ánimam suam in hoc mundo, in vi-tam ætérnam custódit eam.

V. Iustus ut palma floré-bit. R. Sicut cedrus Lí-bani multiplicábitur.

Oratio

Deus, qui nos beáti Eu-sébii Mártiris tui atque Pontificis ánnua solemnitáte lætificas: concéde propítius; ut, cuius natalitia cólimus, de eiúsdem étiam protectióne gaudeámus. Per Dóminum nostrum Iesum Chri-stum, Fílium tuum.

IN VESPERIS

V. Diffusa est gráta in lá-biis tuis. R. Propterea be-nédixit te Deus in ætérnum.

Ad Magnif. ant. Veni, Sponsa Christi, * áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

Die 28 ianuarii

S. Petri Thomæ
Ep. et Conf. O. N.

Lectio iii

Petrus Thomas Condómii in Aquitánia natus, stú-diis litterárum et exímia pie-tate nitens, in Condomiensi coenóbio hábitum Vírginis Mariæ de Monte Carmélo suscépit. Sacérdos Lutétiam missus, theologiæ láuream summa cum laude adéptus est, ibique eius sanctimónia

in dies succrescēbat. Erga Dei Matrem tanta devotióne et fidúcia flagrávit, ut in suis necessitatibus semper eiúsdem patrocínium invocáverit et fúerit consecútus. Pro sui Ordinis perpétua conservatióne et augménito frequéntes ad Vírginem oratiónes fundens, mirábili hoc responso dignátus est: Confido, Petre, Religio enim Carmelitárum in finem usque sáculi est perseveratúra: Elías namque, eius institútor, iam olim étiam a Filio meo id impetrávit. Episcopus Pacténsis, et non multo post Constantinopolitánus Patriárcha créatus, commissárum sibi óvium salúti semper óperam dedit. Legátus Apostólicæ Sedis pro tránsitu ad Terram sanctam mis-sus, dum religiōnis cathóli-cæ propagándæ et propugnándæ conátu fórtius instáret, óbiit, octávo idus ianuarii, anno millésimo tre-centésimo sexagésimo sexto. Eius corpus Famagústam delátum, ibidem honorífice colitur.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

V. Iustum dedúxit Dómi-nus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge, ser-ve bone * et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituam, dicit Dóminus.

Oratio

Sancti Petri Thomæ Confessoris tui atque Pontificis, quássumus, Dómine, méritis et intercessiōne plácatus: véniam delictórum nobis tribue, et ab omni pestiléntiæ morbo nos libe-ros esse concéde. Per Dóminum nostrum.

Et fit com. S. Petri Nolasci Conf.

Ad Magnif. ant. Similábo eum * viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram. †

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. R. Stola gloriæ induit eum.

Oratio

Deus, qui, in tuæ caritatis exéplum, ad fidélium redemptiōnem sanctum Petrum Ecclésiam tuam nova prole fecundáre divinitus docuisti: ipsius nobis intercessiōne concéde; a peccati servitute solútis, in cælesti pátria perpétua libertáte gaudére: (Qui vivis.)

Deinde com. S. Agnetis Virg. et Mart. secundo (simplex):

Ant. Ecce quod concipi-vi, * iam video: quod spe-rávi, iam téneo: ipsi sum iuncta in cælis, quem in terris pósita, tota devotione diléxi.

V. Diffusa est gráta in lábiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Oratio

Deus, qui nos ánnua beá-tæ Agnétis Vírginis et Mártiris tuæ solemnitáte

lætificas: da, quássumus; ut, quam venerámur offício, éti-am piæ conversatiōnis se-quámur exémplo. Per Dó-minum nostrum.

IN VESPERIS

V. Iustum dedúxit Dómi-nus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnif. ant. Amávit eum Dóminus, * et ornávit eum: stolam gloriæ induit eum, et ad portas paradisi coronávit eum.

Die 13 februarii

B. Archangelæ
Vírginis O. N.
Simplex 1122

Lectio iii

Archángela, in século Eleo-nóra Girláni, Tridíni in Monte Ferráto orta, pué-rua moniálibus sancti Benedicti instituenda trádita, singulári pietáte et caritáte exársit. Póstea domum re-vocáta et ad núptias illécta, in suæ virginitatis Deo consecráda propórito perseve-ravit, addúcens quoque in suam sententiam duas so-róres. In monastérium Par-méne órdinis beatissimæ Vírginis Mariæ de Monte Carmélo admíssa, omnes in virtútum paláestra brevi sú-perans, moderátrix élæcta est, eoque in múnere, facis ad instar, sanctitáte eníuit. Paulo post concréditum ei fuit munus novi regéndi ascetíi, a pietáte insigni príncipum Gonzágæ Mán-tuæ excitati. Huc digréssa, pusillum gregem ita excó-luit, ut brevi in amplam

beátæ Virginis familiam crèverit. Soróribus tanta præbat humilitatè et suavitatè morum, ut eam et matrem et ángelum veneraréntur. Miris prodigiis sanctitatèm sponsæ suæ Deus osténdit, quæ, asperrima cörperis castigatione attrita, gravissimo corrēpta morbo, ánimam placidissime efflavit, anno millésimo quadringentésimo nonagésimo quarto. Públicum cultum ei ab immemorabili témpore delatum Pius nonus approbávit.

Te Deum laudamus 7.

AD LAUDES

V. Diffusa est grácia in lábiis tuis. R. Propterea benedíxit te Deus in ætérnum.

Ad Bened. ant. Simile est regnum cælorum * hómini negotiatori quærenti bonas margaritas: invénta una pretiosa, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

Oratio

Deus, qui beátam Ar-chángelam Virginem in benedictiónibus dulcédinis prævéntam heróicis ditásti virtútibus: ipsa interveniente concéde; ut, dono gratiæ tuæ muníti in terris, Beatórum choris sociári mereámur in cælis. Per Dóminum.

Die 3 martii

B. Iacobini

Confessoris O. N.

Simplex 1100

Lectio iii

Iacobinus de Canepáciis, paupéribus sed honéstis paréntibus in vico Plaschæ intra fines Vercellensis diocesis natus est. Ab ipsa adulescentia pie institutus, simul defnde crevit etaté et virtutibus, præsértim piété in Deíparam. Inter láicos Carmelitas cooptari pétuit et obtinuit, atque in ipso tirocinio, austéritates omnes, véluti certum sibi patrimónium, adlégit. Quatuor cuiusque hebdomadæ fériis, solo pane et aqua ieiunábat, ac diébus festis hoc unum levámen pænitentiis admittébat, ut impénsius multis horis, vel ante Eucharistia sacraméntum, vel ad Virginis Deíparæ aram vacáret. Ad eleemosynas corrogandas deputátus, humilitatè, pietatè et caritatis zelo, hoc munus diutissime exécuit. Labóribus, sénio, et infirmitatibus consúmptus Iacobinus, Vercellis apud suos, septuagésimo etatis anno, quinto nonas mártii, obdormívit in Dómino. Eius sepulcrum, plúribus a Deo patratis prodigiis incláruit,

et cultus eidem a remotis tempóribus delatus, a Gregorio Papa décimo sexto fuit recógnitus.

Te Deum laudamus 7.

AD LAUDES

V. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constituam, intra in gaudium Dómini tui.

Oratio

Argre nobis, quæsumus, Dómine, beato Iacobino Confessore tuo intercedente, orationis ac pænitentiæ spíritum: ut præclara eius exempla sectantes, gloriā assequámur eternam. Per Dóminum.

Die 4 martii

S. Avertani et B. Romæi Confessorum O. N.

Simplex 1100

Lectio iii

Avertanus, Lemovici in Gállia natus, et Romæus, natiōne Italus, sǽculi perícula pertimescéntes, spretis eius illécebris, órdinem beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo amplexáti, in virtutum palæstra impénsō studio sese diu exerçerunt. Cum autem Avertanus ad pia loca invísenda sacram peregrinatiōnem auspicaré

tur, Romæum, pietatē præfulgētem, sibi cómitem adiungi exoptávit et a Superioribus obtinuit. Peregrinatiōnis ærúmnas ambo forti et constánti ánimō tolerárrunt, solum cælestium rerum meditatiōni inténti. Miro devotiónis afféctu, religiosissima quæque loca obibant, potissimum vero, quæ Romæ sunt Príncipum Apostolórum et tot Mátyrum gestis et exviis illústria. Domum déniue répetunt, et Avertanus, Lucæ, vitæ cursum primus absolvit; Romæus autem, cómite orbatus, vehementer cupiébat cum illo in cælis consociari. Votis annuit Deus: febri corripit Romæus et statim ingravescénte morbo, in écstasi raptus, Iesum, ut tráditur, cum multis Sanctis occurréntem vidit, in quibus Avertanum cognovit; ac die ab illius óbitu octávo, ad Súperos convolávit. Eórum exviæ in éadem arca Lucæ simul custodiúntur.

Te Deum laudamus 7.

AD LAUDES

V. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constituam, intra in gaudium Dómini tui.

Oratio

Deus, qui beatum Aver-tanum, cum famulo tuo Romaeo peregrinantem, per semitas iustitiae deduxisti: concéde; ut intercessioneis eorum auxilio munisti, ad cælestem patriam perducamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum, Filium tuum: Qui tecum vivit.

Et fit com. S. Casimiri Regis, Conf.:

Ant. Similabo eum * viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram.

V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. R. Stolam gloriæ induit eum.

Oratio

Deus, qui inter regales delicias et mundi illæ-cebras sanctum Casimiro virtute constanter roborasti: quæsumus; ut eius intercessione fidèles tui terréna despícant, et ad cælestia semper aspirent. (Per Dominum nostrum.)

Postea com. S. Lucii I Papæ et Mart.:

Ant. Qui odit * ánimam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio

Gregem tuum, Pastor æ-terne, placatus intende: et per beatum Licium, Mârtyrem tuum atque Summum Pontificem, perpétua protec-tionē custodi; quem totius Ecclesiæ præstististi esse pa-storem. Per Dominum nostrum Iesum Christum, Filium tuum: Qui tecum vivit.

Die 6 Martii

S. Cyrilli

Conf. et Doct. O. N.

Commemoratio

AD LAUDES

Ant. Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constituam, intra in gáudium Domini tui.

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio

Deus, qui beato Cyrillo, Sacrum in Monte Carmeli facienti, angélico aspéctu futuri séculi statum revelasti: tribue nobis, eius imitatiōne, terréna despíre, et ad æterna iúgiter aspirare. Per Dominum.

Die 11 martii

S. Teresiæ Margaritæ Virginis O. N.

AD LAUDES

V. Diffusa est grátia in lábiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Bened. ant. Simile est regnum cælorum * hómini negotiatori querenti bonas margaritas: invénta una pretiosa, dedit ómnia sua, et comparavit eam.

Oratio

Deus, qui beatæ Teresiæ Margaritæ Virgini de fôntibus Salvatoris inæstimabiles dedisti puritatis et caritatis haurire thesáuros: da nobis, quæsumus; ut, ipsa interveniente, iisdem mereámur donis cælestibus abundare. Per eundem Dominum nostrum.

Die 20 martii

B. Baptiste Mantuani

Confessoris O. N.

Simplex

(ad modum commemora-tionis recolendum)

AD LAUDES

Ant. Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constituam, intra in gáudium Domini tui.

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio

Deus, qui beatum Baptista Confessorem tuum in mundi contémptu et zelo gloriæ tuae mirabilem effecisti: eius nobis intercessione concéde; ut, abdicatis terrenis vanitatis, quæ tua sunt sincera mente sectemur. Per Dominum.

Die 18 aprilis

B. Mariæ

ab Incarnatione

Viduæ O. N.

Lectio iii

Maria ab Incarnatione, in saculo Bárbara appellata, ortum hábuit Lutetiæ Parisiorum, a piis honestisque paréntibus, quorum curis puella recte respóndit. In monastério Longi Campi, duodécimo ætatis anno consilium inivit suscipiéndi religiosum hábitum, sed biénno post, in paternam domum revocata, oblatis nuptiis acquiévit et nupsit Petro Acarie domino de Montbrand, ita Deo disponente. Cóniugis matrisve familiæ nullum fuit officium, quod ipsa non cumulatissime impléverit. Sæviénte civili bello, viro in cárceres detruso,

ex florentissimo statu in eum devénit, ut vix habéret quo panem émeret. Attamen nulli pepérct labóri, donec securitati filiorum consúluit, vi-rúmque restituit in libertátem. Rebus compósitis, totam se applícut divino cútui augéndo et propagándo, et effécit, ut nova Religiosórum instituta in Gálliis stabilitréntur, inter quæ præcipuum illud Carmelítarum Excalceatárum. Viro autem vita functo, in Ambianénsse monastérium sua ópera fundátum se recépit, ibique præ humilitáte ínfimum Convérssæ ministérium sibi élégit. Triénio post Pontíssaram evocáta, in alio cœnobio a se páriter fundáto, ániam Deo réddidit, anno ætatis quinquagésimo tertio. A Pio

sexto inter Beátas fuit reláta. Te Deum laudámus.

AD LAUDES

V. Diffusa est gráta in lábiis tuis, alleluia. **R.** Propterea benedixit te Deus in æternum, alleluia.

Ad Bened. ant. Date ei * de fructu mánuum suárum, et laudent eam in portis ópera eius, alleluia.

Oratio

Deus, bonorum ómnium largítor, qui beatam Mariam ardénti honóris tui zelo, et mirábili in adversitatibus fortitudine roborásti: concéde ob eius mérita fámulis tuis; ut advera ómnia fórtiter toleráre véleant, et in sanctæ tuæ religiónis amóre persistere. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit.

Feria IV infra hebdomadam II post octavam Paschæ

Solemnitas S. Ioseph

Sponsi beatæ Mariæ Virginis, Confessoris Protectoris et Patroni Nostri Ordinis

Duplex I classis

IN I VESPERIS

Antiphona I

Iacob autem * gé-nuit Ioseph, vi-rum Maríæ, de qua natus est Iesus, qui vocáatur Christus, alleluia.

Psalmi de dominica 754 sed, loco ultimi, dicitur ps. 116 Laudáte Dóminum, omnes gen-tes 756.

2 Missus est * Angelus Gábel a Deo in civitátem

Galiléæ, cui nomen Názareth, ad Virginem despon-satam viro, cui nomen erat Ioseph, alleluia.

3 Ascéndit autem * Ioseph a Galiléa de civitáte Názareth in Iudéam, in ci-vitátem David, quæ vocátur Béthlehem, alleluia.

4 Et venérunt festinán-tes, * et invenérunt Ma-riam, et Ioseph, et Infán-tem pósitum in præsépio, alleluia.

5 Et ipse Iesus * erat in-ci-piens quasi annórum tri-ginta, ut putabátur, filius Ioseph, alleluia.

Capit. Gen. 49, 26
Benedictiones patris tui confortátæ sunt benedi-ciónibus patrum eius, do-nec veníret Desidérium cólli-um æternórum: fiant in cápite Ioseph, et in vértice Nazaréi inter fratres suos.

Hymnus
Plaudent athérei sídera vérticis,

Subdúcti résonet máchina pónderis,
Dum Patrocínium cármine súpplices,
O Ioseph, pétrimus tuum.
Te votis génetrix alma

Terésia
Tutórem coluit nostra pi-sísum:
Pressúris cápiens tegmen in ómnibus

Largo múnere cóngruum.
Vexátur rígidis dum cru-ciáribus,

Et morbis téritur lánguida córporis:

Humáno médicos sentit inútiles,
Prorsus immedicábilis.

Serpit vix géníbus, dum paralýtica,

Imménsis prémitur tacta do-lóribus;

Te supplex médicum quæ-rit, et invenit
Plus quam vota capésserent.

Non solum réparas córpori orgána:

Sed mentis dúbia dirigis ábda;

Arcánis ánime cælica my-sticis

Doctor lúmina súggerens.

Nobis, summa Trias, parce precántibus,

Da Ioseph méritis sídera scándere:

Ut tandem líceat nos tibi pépetim

Gratum prómtere canticum.

Amen.

In I Vesperis

V. Constituit eum dómi-num domus suæ, alleluia.
R. Et príncipem omnis possessiónis suæ, alleluia.

Ad Magnif. ant. Cum es-set desponsáta * Mater Iesu María Ioseph, ántequam convenírent, invénta est in útero habens de Spíritu Sancto, alleluia.

In II Vesperis

V. Sub umbra illius, quem desideráveram, sedi, alleluia. **R.** Et fructus eius dulcis gútturi meo, alleluia.

Ad Magnif. ant. Fili, quid fecísti * nobis sic? Ecce, pater tuus et ego doléntes quarebámus te, alleluia.

Oratio

Deus, qui ineffábili pro-vidéntia beatum Ioseph sanctissimæ Genetricis tuæ

sponsum elígere dignátus es: præsta, quæsumus; ut, quem protectórem venerámur in terris, intercessórem habére mereámur in cælis:
Qui vivis et regnas.
Complet. de dominica 759.

AD MATUTINUM

Invit. Laudémus Deum nostrum * In veneratiōne beati Ioseph, protectoris nostri, alleluia.

Ps. 94 Venite, exultemus 2.

Hymnus

Te, Ioseph, célebrent ágmina cælītum,
Te cuncti résont chri-stiadum chori,
Qui clarus méritis, iunctus es inclytæ

Casto fôdere Virginī.
Almo cum túmidam gérmine cóniugem
Admirans, dúbio tangeris
ánxius,
Afflátu súperi Fláminis An-gelus
Concéptum Puerum do-cet.

Tu natum Dóminus strin-gis, ad éxteras
Ægypti prófugum tu sé-queris plagas;
Amissum Sólymis quæris, et invenis,
Miscens gáudia flé-tibus.
Post mortem réliquos sors pia cónsecrat,
Palmámque eméritos glória suscipit:

Tu vivens, Súperis par, frúeris Deo,
Mira sorte béatior.
Nobis, summa Trias, parce precántibus,
Da Ioseph méritis sídera scàndere;
Ut tandem líceat nos tibi pérmittim
Gratum pròmtere cánticum. Amen.

In I Nocturno

Ant. Angelus Dómini * appáruit in somnis Ioseph, dicens: Surge, et áccipe Puerum et Matrem eius, et fuge in Ægyptum; et esto ibi usque dum dicam tibi, alleluia.

Psalmi de communi Conf. Pont. y. De ventre matris meæ tu es Protéctor meus, alleluia. R. In te cantatio mea semper, alleluia.

De libro Génesis
39, 1-6; 41, 37-49

Lectio i
Igitur Ioseph ductus est in Ægyptum, emítque eum Pütiphar eunúchus Pharaónis, princeps exér-citus, vir Ægyptius, de manu Ismaelitárum, a quibus per-ductus erat. Fuitque Dóminus cum eo, et erat vir in cunctis pròspere agens: habitavitque in domo dómini sui, qui óptime nóverat Dóminum esse cum eo,

et ómnia quæ géret, ab eo dírigi in manu illius. Invenitque Ioseph grátiam coram dómino suo, et ministrabat ei: a quo præpositus ómnibus gubernábat crédatam sibi domum et univérsa quæ ei trádita fuerant; benedixitque Dóminus dómui Ægypti propter Ioseph, et multiplicávit tam in ædibus quam in agris cunctam eius substántiam; nec quidquam aliud nóverat, nisi panem quo vescebátur. Erat autem Ioseph pulchra fácie et décorus aspéctu.

R. Clamávit pópulus ad regem, aliménta petens: * Quibus ille respóndit: Ite ad Ioseph, alleluia. V. Salus nostra in manu tua est: ríspice nos tantum, et lèti servíemus regi. - Quibus.

Lectio ii

Plácuit Pharaóni consilium Ioseph, et cunctis ministris eius; locutúsque est ad eos: Num invenire poterimus tam virum, qui Spíritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Ioseph: Quia osténdit tibi Deus ómnia quæ locútus es, numquid sapien-tiorem et consímilem tui in-venire pótero? Tu eris su-per domum meam, et ad tui oris impérium cunctus pópulus obédiet; uno tan-tum regni sólio te præcédam. Dixítque rursus Phá-

rao ad Ioseph: Ecce con-stitui te super univérsam terram Ægypti. Tulítque ánum de manu sua, et dedit eum in manu eius; vestívitque eum stola býs-sina, et collo torquem áuream circumpósuit. Fecitque eum ascéndere super currum suum secundum, clamánte præcōne ut omnes coram eo genuflecterent et præpositum esse scirent uni-versæ terræ Ægypti.

R. Fecit me Deus quasi patrem regis, et dóminum univérsæ domus eius: * Exaltávit me, ut salvos fáceret multos pópulos, alleluia. V. Veníte ad me, et ego dabo vobis ómnia bona Ægypti, ut comedatis medúlam terræ. - Exaltávit.

Lectio iii

Dixit quoque rex ad Ioseph: Ego sum Phá-rao: absque tuo império non móvebit quisquam manum aut pedem in omni terra Ægypti. Vertitque nomen eius, et vocávit eum lingua Ægyptiaca Salvatórem mun-di. Deditque illi uxórem Aseneth, filiam Putipháre sacerdótis Heliopóleos. Egredíssus est itaque Ioseph ad terram Ægypti (triginta autem annórum erat quando stetit in conspéctu regis Pharaónis), et circuivit

omnes regiones Aegypti. Venitque fertilitas septem annorum: et in manifolos redactae segetes congregatae sunt in horrea Aegypti. Omnis etiam frugum abundantia in singulis urbis condita est. Tantaque fuit abundantia tritici, ut arae maris coequaliter, et copia mensuram excederet.

R. Iam laetus moriar, quia vidi faciem tuam, et superstitem te relinquio. Non sum fraudatus asperitu tuo: * Insuper ostendit mihi Dominus semen tuum, alleluia. V. Qui pascit me ab adulescentia mea, benedicit pueris istis, et invocetur super eos nomen meum. - Insuper. - Gloria Patri. - Insuper.

In II Nocturno

Ant. Angelus Domini * appaeruit in somnis Ioseph, dicens: Surge, et accipe Puerum et Matrem eius, et vade in terram Israel; defuncti sunt enim qui quererant animam Pieri, alleluia.

V. Respice de caelo, et vide, et visita vineam istam, alleluia. R. Et perfice eam, alleluia.

Sermo sancti Bernardini Senensis

Sermo de S. Ioseph

Lectio iv

Omnium singularium gratiarum aliqui rationabili creaturae communicatarum generalis

regula est, quod, quandocumque divina gratia eligit aliquem ad aliquam gratiam singularem, seu ad aliquem sublimem statum, omnia charismata donet, quae illi personae sic electae et eius officio necessaria sunt, atque illam copiose decorant. Quod maxime verificatum est in sancto Ioseph, putativo patre Domini nostri Iesu Christi, et vero sponso Regiae mundi et Dominae Angelorum; qui ab aeterno Patre electus est fideli nutritius atque custos principalius thesaurorum suorum, scilicet Filii eius et Sponsae sue: quod officium fidelissime prosecutus est. Cui propterea Dominus ait: Serve bone et fideli, intra in gaudium Domini tui.

R. Dedisti mihi protectionem salutis tuae et dextera tua suscepit me: * Protecor meus et cornu salutis meae et suscepitor meus, alleluia. V. Ego protector tuus sum et merces tua magna nimis. - Protector.

Lectio v

Si compares eum ad totam Ecclesiam Christi, nonne iste est homo electus et specialis, per quem et sub quo Christus est ordinatus et honeste introducitus in mundum? Si ergo Virgini Matri tota Ecclesia sancta debetrix est, quia per eam Christum suscipere digna facta est; sic profecto

post eam huic debet gratiam et reverentiam singularem. Ipse enim est clavis veteris Testamenti, in qua patriarchalis et prophetalis dignitas promissum consequitur fructum. Porro hic est solus, qui corporaliter possedit, quod eis divina dignatio repromisit. Merito igitur figuratur per illum patriarcham Ioseph, qui populus frumenta servavit. Sed et hic illum praecellit, quia non solum Aegyptiis panem corporalis vitae, sed omnibus electis Panem de celo, qui caelestem vitam tribuit, cum multa sollertia enutritivit.

R. Statuit filios suos sub tegmine illius et sub ramis eius morabitur; protegetur sub tegmine illius a fervore: * Et in gloria eius requiescat, alleluia. V. Sperate in eo, omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra. - Et.

Lectio vi

Profecto dubitandum non est, quod Christus familiariatem, reverentiam atque sublimissimam dignitatem, quam illi exhibuit, dum ageret in humanis, tanquam filius patri suo, in celis tuncque non negavit, quin potius complevit et consummavit. Unde non immrito in verbo propposito a Domino subinfertur: Intra in

gaudium Domini tui. Unde, licet gaudium aeternae beatitudinis in cor hominis intrat, maluit tamen Dominus ei dicere, Intra in gaudium; ut mystice innatur quod gaudium illud non solum in eo sit intra, sed undique illum circumdans et absorbens, et ipsum velut abyssus infinita submersens. Memo- igitur nostri, beate Ioseph, et tuae orationis suffragio apud tuum putativum Filium intercede; sed et beatissimam Virginem sponsam tuam nobis propitiari redde, quae Mater est eius, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat per infinita saecula saeculorum. Amen.

R. Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum: * Si exsurgat adversum me praelium, in hoc ego sperabo, alleluia. V. In te cantatio mea semper, quoniam tu adiutor fortis. - Si exsurgat. - Gloria Patri. - Si exsurgat.

In III Nocturno

Ant. Consurgens Ioseph, * accipit Puerum et Matrem eius, et venit in terram Israel; et habitavit in civitate, quae vocatur Nazareth, alleluia.

V. Invocavi Dominum, Patrem Domini mei, alleluia. R. Ut non derelinquit me in die tribulationis, alleluia.

Lectio sancti Evangeli
secundum Lucam

Lectio vii 3, 21-23

In illo tempore: Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, et Iesu baptizato et orante, apertum est caelum. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini
Episcopi

Liber 2 de consensu Evang.

Manifestum est illud quod ait, Ut putabatur filius Ioseph, propter illos dixisse, qui eum ex Ioseph, sicut alii homines nascuntur, natum arbitrantur. Quos autem movet, quod alios progenitores Matthaeus enumerat, descendens a David usque ad Ioseph, alios autem Lucas, ascendens a Ioseph usque ad David; facile est, ut advertant duos patres habere potuisse Ioseph: unum a quo genitus, alterum a quo fuerit adoptatus. Antiqua est enim consuetudo adoptandi etiam in illo populo Dei, ut sibi filios facerent, quos non ipsi genuissent. Unde intelligitur Lucas patrem Ioseph, non a quo genitus, sed a quo fuerat adoptatus, suscepisse in Evangelio suo, cuius progenitores sursum versus commemorat, donec exiret ad David.

R. Ioseph, fili David, noli timere accipere Mariam co-

nugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est; pariet autem filium, * Et vocabis nomen eius Iesum, alleluia. V. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. - Et.

Lectio viii

Cum enim necesse sit, utroque Evangelista vera narrante, et Matthaeo scilicet et Luca, ut unus eorum eius patris originem tenet qui genuerat, alter eius qui adoptaverat Ioseph; quem probabilius intelligimus adoptantis originem tenuisse quam eum, qui noluit Ioseph genitum dicere ab illo cuius eum filium esse narrabat? Matthaeus autem dicens, Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, atque ita in hoc verbo, quod est, Genuit, perseverans, donec in ultimo diceret, Iacob autem genuit Ioseph; satis expressit ad eum patrem se perduxisse originem generantium, a quo Ioseph non adoptatus, sed genitus erat.

R. Surge, et accipe Puerum et Matrem eius, et fuge in Aegyptum; * Et esto ibi usque dum dicam tibi, alleluia. V. Ut adimpleretur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem: Ex Aegypto vocavi Filium meum. - Et. - Gloria Patri. - Et.

Lectio ix

Quamquam si etiam Lucas genitum diceret Ioseph ab Heli, nec sic nos hoc verbum perturbare debemet, ut aliud crederemus quam ab uno Evangelista gignentem, ab altero adoptantem patrem fuisse commemoratum. Neque enim absurdre quisque dicitur non carne sed caritate genuisse, quem filium sibi adoptaverit. At vero etiam nos, quibus dedit Deus potestatem filios eius fieri, de natura atque substancia sua non nos genuit, sicut unicum Filium, sed utique dilectione adoptavit.

Te Deum laudamus 7.

AD LAUDES
et per Horas

Ant. 1 Iacob autem * genuit Ioseph, virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus, alleluia.

Psalmi de dom. 1 loco 732.

2 Missus est * Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, alleluia.

3 Ascendit autem * Ioseph a Galilæa de civitate Nazareth in Iudeam, in civitatem David, quæ vocatur Béthlehem, alleluia.

4 Et venerunt festinantes, * et invenierunt Mariam, et Ioseph, et Infan-

tem positum in praesepio, alleluia.

5 Et ipse Iesus * erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur, filius Ioseph, alleluia.

Capit. Gen. 49, 26
Benedictiones patris tui confortatae sunt benedictionibus patrum eius, donec veniret Desiderium collum aeternorum: fiant in capite Ioseph, et in vertice Nazarai inter fratres suos.

Hymnus

Cælitum, Ioseph, decus,
atque nostræ
Certa spes vitæ, columenque mundi,
Quas tibi læti cænimus, benignus

Suscipe laudes.

Te Sator rerum statuit pudicæ

Virginis sponsum, voluitque Verbi

Te patrem dici, dedit et ministrum

Esse salutis.

Tu Redemptorem stabulo iacentem,

Quem chorus Vatum cecinit futurum,

Aspicias gaudens, humilisque natum

Numen adoras.

Rex Deus regum, Dominator orbis,

Cuius ad nutum tremit inferorum

Turba, cui pronus famulatur æther,

Se tibi subdit.

Laus sit excelsæ Triadi
perennis,
Quæ tibi præbens superos
honores,
Det tuis nobis méritis beatæ
Gáudia vita. Amen.
V. Dedísti mihi protec
tiónem salútis tuae, alleluia.
R. Et déxtera tua suscépit
me, alleluia.

Ad Bened. ant. Ioseph,
fili David, * noli timére
accípere Mariam cóniugem
tuam; quod enim in ea na
tum est, de Spíritu Sancto
est, alleluia.

Oratio

Deus, qui ineffabili provi
déntia beatum Ioseph
sanctissimæ Genetricis tuae
sponsum elígere dignátus
es: præsta, quæsumus; ut,
quem protectórem venerá
mur in terris, intercessórem
habére mereámur in cælis:
Qui vivis et regnas.

Ad Horas psalmi de dominica,
ad Primam tamen ut in festis.

AD TERTIAM

Capitulum Benedictiónes, ut
supra 1512.

R. br. Constituit eum dô
minus domus suæ, * Alle
luia, alleluia. - Constituit.
V. Et príncipem omnis pos
séssiónis suæ. - Alleluia, al
leluia. - Glória Patri. - Con
stituit.

V. De ventre matris meæ
tu es Protéctor meus, alle
luia. R. In te confirmátus
sum ex útero, alleluia.

AD SEXTAM

Capit. Gen. 49, 25
Deus patris tui erit adiú
tor tuus, et Omnipotens
benedicet tibi benedi
ctionibus cæli désuper.

R. br. De ventre matris
meæ tu es Protéctor meus,
* Alleluia, alleluia. - De
ventre. V. In te confirmá
tus sum ex útero. - Alleluia,
alleluia. - Glória Patri. - De
ventre.

V. Iustus germinábit sicut
lilium, alleluia. R. Et flo
rébit in æternum ante Dó
minus, alleluia.

AD NONAM

Ant. Et ipse Iesus * erat
incipiens quasi annorum tri
ginta, ut putabatur, fílius
Ioseph, alleluia.

Capit. Gen. 49, 22
Filius accréscens Ioseph,
filius accréscens, et de
córus aspéctu: filiæ discur
runt super murum.

R. br. Iustus germinábit
sicut lilium, * Alleluia, al
leluia. - Iustus. V. Et flo
rébit in æternum ante Dó
minus. - Alleluia, alleluia.
- Glória Patri. - Iustus.

V. Plantátus in domo Dó
mini, alleluia. R. In átriis
domus Dei nostri, alleluia.
In II Vesperis omnia ut in I
1500, variationibus suo loco ibi
dem notatis.

Complet. de dominica

Die 5 maii
S. Angeli Martyris O. N.

AD MATUTINUM

Invit. Exsultent in Dó
mino Sancti, * Alleluia.

Ps. 94 Venite, exsultemus 2.

Hymnus

Hac die hætus méritu
suum pérnæ
Angelus Martyr pátriae co
rónam;
Gáudeat sanctæ Genetricis
ordo,
Gáudeat orbis.

Virginis iussu fidei paréntes
Háuriunt lumen, geminó
que (quamvis
Mater annorum sénius gra
vétur)

Pignore gaudent.
Angeli nomen vocat ipsa
Virgo,
Núntians qualis foret illa
proles,
Quæ datum cælo Súperum
favore

Nomen habéret.
Ut iugum Christi téneris
ab annis
Portet, infántis pia cura
novit,
Súbtrahens labris aliménta
lactis

Membra domáre.
Sæculi spernens pereuntis
actus,
Et timens hostis rábiem
furéntis,
Sacra Carméli properánter
ardet
Clastra subire.

Cándido velans húmeros
amictu,

Lucet ut casti spéculum pu
doris,
Spíritu pauper, patris im
perántis

Pendet ab ore.

Glóriam Patri, Genítioque
Patris,

Flámini Sancto páriter ca
námus,
Et piæ Matris celebrémus
omnes

Semper honórem. Amen.

Lectio iii

Angelus, nobilibus parén
tibus ad fidem convér
sis, Ierosólymis ortus, angé
licæ virtutis ab infántia spé
cimen dedit. Sub Nicodémi
Patriárcæ disciplina felíci
ter profécit. Religióni beatæ
Virginis de Monte Carmélo
seípsum devóvit et mira
orándi assiduitate et austeri
tate vitam angélicam duxit.
Pátribus suis Elíæ ac Eliséo
persimilem hunc insignem
virum, miráculis Deus simi
libus illustrávit. Leprósos,
energúmenos, cæcos, surdos
alióisque permúltos váriis
morbis obnóxios, in sanitá
tem restituit. Mórtuum bi
duánum Bethlehemitem pál
lio suo contéctum oratióne
fusa suscitávit, eodémque
pállio sex vita functos álii
piii viri ad vitam revocárint.

Cum in desértum clam secessisset, per quinquénnium, ibi contemplatióni vacávit et póstea in Siciliam, a Christo iussus, itinere instituto, Iudaeos ac Saracenos ab infidelitate convértil. Romam pervéniens, divos viros Franciscum et Dominicum agnóvit et a beáto Franciscó, sui martyrii prædictiōnem accépit. Leocátæ, a nefario quodam quíñquies pugióne perfóssus, ánimam candidissimam efflavit, martyrii auréolam glorióse suscípiens.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

Capit. Sap. 5, 1
Stabunt iusti in magna
S constántia adversus eos
qui se angustiavérunt et qui
abstulerunt labóres eórum.

Hymnus

A bditos quærít némorum
A recéssus,
Ut queat mundo latitare,
solum

Arbitrum vite cùpiens habére

Cuncta Vidéntem.

Sed Deus signis fámulum
révélat:

Ad preces Sancti, gravitáte
pulsa,
Cérritur durum médio na-

táre

Gúrgite ferrum.

Angelus fortí dominátor
undæ,
Impetum verbo cohíbens
poténti
Dividit flumen, pedibúsque
siccis
Tráuicit undas.
Sanat ægrótos, maculásque
lepræ
Mundat, ad vitam révocat
sepultos
Pállii tactu, réferens ubique
Gesta paréntis.
Glóriam Patri, Genítóque
Patris,
Flámini Sancto páriter ca-
námus,
Et piæ Matris celebrémus
omnes

Semper honórem. Amen.
V. Pretiósia in conspéctu
Dómini, alleluia. R. Mors
Sanctórum eius, alleluia.

Ad Bened. ant. Filiæ Ie-
rusalem, * veníte et vidéte
Mártires cum corónis, qui-
bus coronávit eos Dóminus
in die solemnitatis et lă-
titiae, alleluia, alleluia.

Oratio

Plebs tua te, Dómine, bé-
ti Angeli Sacerdótis et
Mártiris tui glorificatióne
sanctificet: et éodem inter-
cedénte te mereátur habére
rectórem. Per Dóminum.

Et fit corn. S. Pii V Papæ et
Conf. (duplex):

Ant. Euge, serve bone *
et fidélis, quia in pauca
fuisti fidélis, supra multa

te constituam, dicit Dómi-
nus, alleluia.

V. Iustum dedúxit Dómi-
nus per vias rectas, alleluia.
R. Et osténdit illi regnum
Dei, alleluia.

Oratio

Deus, qui ad conteréndos
Ecclésiæ tuæ hostes, et
ad divinum cultum reparán-
dum, beátm Pium Ponti-
ficem Máximum eligere di-
gnátus es: fac nos ipsius
deféndi præsidiis, et ita tuis
inhærere obséquis; ut, óm-
nium hóstium superátis in-
sidiis, perpétua pace lătē-
mur. Per Dóminum.

IN VESPERIS

Capitulum Stabunt, ut supra
1548.

Hymnus

Dum sub obscuris medi-
tátur umbris,
Cælitus victum Súperi mi-
nistrant;
Inde sed Christi revocátus
ore,

Antra relinquit.

Præscius mortis sibi de-
stinatæ,
Vatis Elíæ díplici replétus
Spíritu, Christi generósus
heres

Zelat honórem.

Fratri horréndum scelus
et sororis

Dum palam carpit, ruit ille
cæco

Impetu in Sanctum, ceci-
ditque diro
Vúlnere cæsus.

Láurea tandem tríplici beá-
tus,

Martyr et Virgo, paritérque
Doctor,
Carne devicta, meritísque
plenus,

Æthera scandit.
Glóriam Patri, Genítóque
Patris,

Flámini Sancto páriter ca-
námus,
Et piæ Matris celebrémus
omnes

Semper honórem. Amen.
V. Pretiósia in conspéctu
Dómini, alleluia. R. Mors
Sanctórum eius, alleluia.

Ad Magnif. ant. Sancti et
iusti, * in Dómino gaudéte,
alleluia: vos élégit Deus in
hereditátem sibi, alleluia.

Oratio

Plebs tua te, Dómine, beá-
ti Angeli Sacerdótis et
Mártiris tui glorificatióne
sanctificet: et éodem inter-
cedénte te mereáтур habére
rectórem. Per Dóminum.

Die 12 maii

B. Aloisii Rabata
Confessoris O. N.

Simplex 1100

Lectio iii

Aloisius Rabata in Sicilia
A cándem ac sanctus Al-
bértus de Abbátibus pá-

triām nactus, ad pietātem instrūctus et mundi contémptor, hábitum beátæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo suscépit; emissis votis et sacérdos factus, iter perfectionis mira alacritatē prosecutus est. Prior órdinis sui in civitāte Randáttii, humilitatē, observantiæ et contemplatiōnis stúdio effulsi. Caritatē succénsus, ómnia perferébat, ut áimas Christo lucrifaceret. Scripturārum scíentia pollens, sapiēnter loca exponébat, per salutis sémitas dedúcens próximos. Perversórum non fugit invidiā, et ab inimico hómine, ut péribent, in eius caput immissa est sagitta; per aliquot menses gravissimos dolores toleravit, sed ómnibus parcens et nullum indicans inimicum, prænuntiato óbitus die, sancto fine sexagenariuſ quiévit ad annum millésimum quadringentésimum nonagésimum. Eius corpus Randáttii, in ecclésia Carmelitárum, ad hanc usque diem magna fidélium veneratiōne colitur; etiisque cultum Gre górius Papa décimus sextus probavit.

Te Deum laudámus 7.

AD LAUDES

¶. Iustum deduxit Dóminus per vias rectas, alleluia.

R. Et osténdit illi regnum Dei, alleluia.

Ad Bened. ant. Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constituant, intra in gáudium Dómini tui, alleluia.

Oratio

Deus, qui beátum Aloisium mirabili caritatē, et in perferéndis iniúriis patiēntia decorásti: concéde propitiū; ut, cuius festum cólimus, eius imitatiōne caritatēm exercéndo et inimicos étiam diligēndo præmia mereamur æterna. Per Dóminum nostrum.

Et fit com. Ss. Nerei, Achillei et Domitillæ Virginis atque Pancratii Martyrum:

Ant. Filiæ Ierúsalem, * veníte et vidéte Mártires cum corónis, quibus coronávit eos Dóminus in die solemnitatis et lætitiae, alleluia, alleluia.

¶. Pretiosa in conspéctu Dómini, alleluia. R. Mors Sanctórum eius, alleluia.

Oratio

Semper nos, Dómine, Mártyrum tuorum Nérei, Achillei, Domitillæ atque Pancratii fóveat, quæsumus, báta solémnitatis: et tuo dignoſ reddat obséquio. Per Dóminum.

S. Simonis Stock Confessoris O. N.

Duplex II classis

Omnia de communi Conf. non Pont. 1100, præter ea quæ hic habentur propria.

In I Nocturno

De libro Iúdicum

Lectio i 6, 11-18

Venit autem Angelus Dómini, et sedit sub quercu, quæ erat in

Ephra, et pertinébat ad Ios patrem familiæ Ezri. Cumque Gédon filius eius excúteret atque purgáret frumenta in torculári, et fúgeret Mádian, appáruit ei Angelus Dómini, et ait: Dóminus tecum, virórum fortissime. Dixítque ei Gédon: Obscro, mi dómīne, si Dóminus nobiscum est, cur apprehendérunt nos hæc ómnia? Ubi sunt mirabilia eius, quæ narráverunt patres nostri, atque dixérunt: De Aegýpto edúxit nos Dóminus? Nunc autem dereliquit nos Dóminus, et trádidi in manu Mádian. Respxitque ad eum Dóminus, et ait: Vade in hac fortitudine tua, et liberábis Israel de manu Mádian; scito quod miserim te.

† = signum de addendo Alleluia tempore paschali.

R. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constituant: * Intra in gáudium Dómini tui. † ¶. Dómine, quinque talénta tradidisti mihi, ecce ália quinque superlucrátus sum. - Intra.

Lectio ii

Qui respóndens ait: Obscro, mi dómīne, in quo liberábo Israel? ecce família mea ínfima est in Manásse, et ego mínimus in domo patris mei. Dixitque ei Dóminus: Ego ero tecum: et percútes Mádian quasi unum virum. Et ille: Si invéni, inquit, grátiām coram te, da mihi signum quod tu sis qui lóqueris ad me; nec recédas hinc, donec revértar ad te portans sacrificium, et offérens tibi. Qui respóndit: Ego præstolabor advéntum tuum.

R. Iustus germinabit sicut lílium: * Et florébit in æternum ante Dóminum. † ¶. Plantátus in domo Dómini, in átriis domus? Dei nostri. - Et.

Lectio iii 6, 36-40

Dixitque Gédeon ad D^{ominum}: Si salvum facis per manum meam Israel, sicut locutus es, ponam hoc vellus lanæ in área: si ros in solo vellere fúerit, et in omni terra siccitas, sciam quod per manum meam, sicut locutus es, liberábis Israel. Factumque est ita. Et de nocte consurgens, expresso vellere, concham rore implévit. Dixitque rurus ad Deum: Ne irascátur furor tuus contra me, si adhuc semel tentávero, signum quærens in vellere. Oro ut solum vellus siccum sit, et omnis terra rore mādens. Fecitque Deus nocte illa ut postuláverat: et fuit siccitas in solo vellere, et ros in omni terra.

R. Iste cognovit iustitiam, et vidit mirabilia magna, et exoravit Altissimum: * Et invéntus est in numero Sanctórum. † **V.** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervenit ad cælestia regna. - Et. - Glória Patri. - Et.

In II Nocturno

Lectio iv

Simon Stöckius, Cántiæ in Anglia nobilissimis paréntibus ortus, cum puer liberalioribus disciplinis studeret, in sortem Dó-

mini éléctus est: nam duodecimum annum agens, relíctis paréntibus, et spretis rebus familiáribus, ac mundi pompis, in solitúinem secessit, ubi in cóncavæ querqus trunco delitescens, ab omni hóminum commércio separátus, tanto copiósius mentem pavit cælestibus contemplatiōnis deliciis, quanto párcius corpus fovit terrénis aliméntis: eo libérius hábuit cum Sanctis communiónem, quo rárius cum hominibus collóquium. Ieiuniis ádeo déditus erat, ut aquam frigidam tantummodo biberet; herbis, radicibus et pomis silvéstribus vescerétur. Quem vitæ rigorem leniébat nonnúquam Deus canum ministério, qui statis diébus ad Simónem accurréntes, panem ei, unde ieíuna membra refocilláret, afferébant. Sedebat solitarius in árbore, orábat assíduus, profunda fundens suspíria; dormiébat rarissime, et carnem véribus constrictam, spinárum verbéribus subiiciébat spiritui.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. † **V.** Iustum deduxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. - Et.

Lectio v

Cum in tanta asperitáte viginti annos transegisset, divino mónius oráculo Carmelitárum órdinem, qui tunc in Anglia sanctitáte et doctrina florescébat, ingrésus est; cuius ingénium singularé raris virtútibus ornatum demiráti órdinis Superiores, emissis solemnioribus religiósae vitæ votis, Oxónium divinárum litterárum stúdii causa eum misérunt: ubi propter humilitátem, qua præ céteris eminébat, fratrum suórum et Magistrórum Oxoniénsium précibus victus, invitus inferiorē theologiæ gradum admisit. Applicuit deinde ánimum saluti animárum: quo in múnere quales quantosque fructus Ecclésiæ pérerit, difficile est dictu. Multa scripsit de patiētia christiána, præclara in laudem Christi Matris, cui peculiári obséquio famulabátur. Tandem Alano mórtuo, totius órdinis Generali, omnium votis in demórtui locum Aislefórdi sufféctus est. Addidit tantæ dignitatis óneri frequentiores vigilias, uberióres lácrimas, acutióra cilicia: et sevérior in se factus, mitis in omnes, novo flagrórum génere corpus afflictábat: virginitatem illé sam perpétuo servávit.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam gloriæ induit eum, * Et ad portas paradísi coronávit eum. † **V.** Induit eum Dóminus loricam fidei, et ornávit eum. - Et.

Lectio vi

Hanc vitæ sanctitátem pùblice multis miráculis comprobátam voluit Deus: plúrima enim futura prædixit spíritu prophético, morbos insanábiles curávit: pisces coctos sibi a germáno suo in obsónium oblátos, ut eius inédiam tentáret, eréctis in cælum oculis vitæ réddidit: aquam crucis signo in vinum convértilt, superans dæmonum astútiā, qui sacra faciénti vinum in urcéolis parátum cálida arte abstulerant. Régulæ confirmatió nem a Summis Pontificibus imetrávit. Precánti ei diu nám Virginem, ut órdinem iam confirmátum, qui sacro titulo eius gaudet, singulári aliquo privilégio a céteris discerneret, appáruit ipsa Virgo benedicta, Angelórum multitúdine comitata, tenens præ mánibus Scapuláre órdinis, dicens: Hoc erit signum tibi, et cunctis Carmelítis privilégiū, quod in hoc pie móriens æternum non patiétur incéndium. Ordinem sibi créditum ut vir cælitus missus ad propa-

gándum in Európa Eliæ zelum, mira prudéntia et summa cum laude rexit: et post centésimum ætatis annum in convéntu suo Burdígala migravit ad Dóminum, anno Christi millésimo ducentesimo sexagésimo quinto. Eius humátum cadáver di-vino mónuu tértia die effossum ac elevatum, et in honestiori loco clarum miráculis pósitum fuit.

R. Iste homo perfécit ómnia quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi iustum coram me ex ómnibus géntibus. † R. Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. - Quia. - Glória Patri. - Quia.

In III Nocturno homilia in Evang. Sint lumbi vestri præcincti, de eodem communi i loco 1108.

AD LAUDES

V. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. † R. Et osténdit illi regnum Dei. †

Ad Bened. ant. Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constituam, intra in gáudium Dómini tui. †

Oratio

Plebs tibi, Dómine, Virginique Matri dicáta, beáti Simónis, quem ei Re-

ctórem et Patrem dedísti, solemnitáte lätétur: et sicut per eum tantæ protectiónis signum obtinuit; ita prædestinatíonis æternæ múnera consequátur. Per Dóminum.

Et fit com. S. Ubaldi Ep. et Conf. (simplex):

Ant. Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constituam, dicit Dóminus. †

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. † R. Stola gloriæ induit eum. †

Oratio

A uxilium tuum nobis, Dómine, quæsumus, plácatus impénde: et, intercessióne beáti Ubáldi Confessoris tui atque Pontificis, contra omnes diáboli nequítias déxteram super nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

Ad Horas antiphona et psalmi ut in psalterio suo quoque die assignati.

IN II VESPERIS

V. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. † R. Et osténdit illi regnum Dei. †

Ad Magnif. ant. Hic vir, despiciens mundum * et terréna, triúmphans, divitias cælo cóndidit ore, manu. †

Complet. de dominica

Die 25 maii

S. Mariæ Magdalena de Pazzis Virginis O. N.

AD MATUTINUM

Invit. Iesum sponsum Virginum, quem Magdaléna dilexit multum, * Venite, adorémus. †

Ps. 94 Venite, exultémus 2.

Hymnus

Pange, Carméli speciose vertex, Virginis sanctæ veneranda festa,

Inclytum cuius decus univer-sus

Cóncinit orbis.

Cándido velans scápulas amictu,

Singulos Christi pátitur dolores:

Pérvigil cunctos súperat fu-rentis

Dáemonis astus.

Inter urticas rigidásque spinas

Innocens puro rútilat crúore:

Cándida sacrís mánibus Mariæ

Veste béatur.

Cordis humáni pénétrat secréta,

Orbis evéntus mémorat fu-turos,

Imperat morbis, fébribus medétur,

Ulcerá sanat.

Próprium numquam plá-citum secúta,

In nono vitæ moritúra lu-stro,

Spíritum iussu cōhibens pa-térno,

Vincit agónem.

In lacu quinos Erebi per annos

Sústinet larvas: móritur; nec umquam

Gnara quid fœdet sacra vir-ginalis

Lilia cordis.

Horret in tumba iúvenem protérvum:

Cláruit vivens, moriénsque signis:

Integrum miros hódie pro-fundit

Corpus odóres.

Laus Deo summo, Genito-que Patris,

Flámini Sancto sit honor perennis:

Et Deum trinum veneré-mur uno

Semper honóre. Amen.

In I Nocturno

Ant. 1 Ex ore puéllæ * perfecísti laudem, Dómine: quia novit quam admiráble est nomen tuum. †

Sub hac una antiphona cum Allelúia tempore paschali di-cuntur tres psalmi huius Nocturni, et similiiter in II et III Nocturno.

Psalmi de communi Virg.

Ant. 2 Dóminus * præstitit sapiéntiam párvulæ desiderábilem super aurum, et lápidem pretiósum multum.

Ant. 3 Accépit benedictió-nem * a Dómino: quia fuit innocens, et mundo corde.

Ant. 4 Magdaléna * oblita est pôpulum suum, et domum patris sui: et concupivit Rex decòrem illius.

Ant. 5 Deus, adiutor * in tribulatiōibus, fuit cum Magdaléna: ideo non timuit cum transferrētur in lacum leonum.

Ant. 6 Suscépit Magdaléna * misericordiam Dómini in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius.

Ant. 7 Introfuit * in átria sancta Religiónis; et Dómino hóstiam própriæ voluntatis óbtulit.

Ant. 8 De manu dæmonum * liberávit Magdalénam Dóminus: et vidérunt omnes pôpuli gloriām sanctificationis eius.

Ant. 9 Mons Carmeli * exsúltet in conspéctu Dómini, qui mirabilia fecit in Magdaléna.

Tempore paschali

v. Spécie tua et pulchritudine tua. † R. Inténde, pròspere procéde, et regna. †

Extra tempus paschale

v. Elégit eam Deus, et præzelgit eam. † R. In tabernáculo suo habitare facit eam.

De Cánticis canticorum

Lectio i 3, I-4

In léctulo meo per noctes quæsivi quem dili- git áнима mea: quæsivi illum, et non invéni. Sur-

gam, et circubó civitátem: per vicos et platéas quæram quem diliigit áнима mea: quæsivi illum, et non invéni. Invenérunt me vigiles qui custodiunt civitátem: Num quem diliigit áнима mea vidistis? Páululum cum pertransíssem eos, invéni quem diliigit áнима mea: tenui eum; nec dimittam, donec introdúcam illum in domum matris meæ, et in cubículum genetricis meæ.

R. Flos campi diléctus meus Iesus, cuius aspéctu lætántur Angeli, * Cuius pulchritudine pascúntur beati, cuius odore revivíscunt mórtui. † v. Sicut malus inter ligna silvárum, sic diléctus meus inter filias. - Cuius.

Lectio ii 8, I-7

Quis mihi det te fratrem meum sugéntem úbera matris meæ, ut invéniam te foris, et deósculer te, et iam me nemo despiciat? Apprehéndam te, et ducam in domum matris meæ: ibi me docébis, et dabo tibi poculum ex vino condítio, et mustum malórum granatórum meórum. Læva eius sub cápite meo, et déxtera illius amplexábitur me. Adiúro vos, filiæ Ierúsalem, ne suscitétis, neque evigiláre faciáti dílectam, donec ipsa velit.

Quæ est ista, quæ ascén- dit de deserto, deliciis affluens, innixa super diléctum suum? Sub árbore malo suscitávi te: ibi corrúpta est mater tua, ibi violata est génetrix tua. Pone me ut signaculum super corrúptum, ut signaculum super bráchium tuum: quia fortis est ut mors diléctio, dura sicut inférnus æmulatio: lámpades eius, lámpades ignis atque flammárum. Aquæ multæ non potuérunt extinguerre caritatem, nec flúmina óbruent illam: Si déderit homo omnem substântiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

R. O felicem Magdalénæ ánimam caritatis adeo succénsam ardóribus, * Ut præ amóre languens deficeret. † v. Defécit cor meum et caro mea: Deus cordis mei, et pars mea Deus in æternum. - Ut. - Glória Patri. - Ut.

Lectio iii

Maria Magdaléna, Flórentiæ, illústri Pazziórum génere nata, fere ab incunábulis iter perfectionis arríput. Decénnis perpétuam virginitatem vovit, susceptoque hábitu in monastério sorórum Carmelitarum, se ómnium virtútum exemplar præbuit. Adeo casta fuit, ut quidquid puritá-

tem lèdere posset, pénitus ignoráverit. Tanto igne divini amoris æstuábat, ut, ei ferendo impar, ingésta aqua pectus refrigerare cogeréatur. Caritatem erga próximum excélluit; nam sæpe noctes ducebant insomnes, vel obeúndis sorórum ministériis, vel inserviendo infirmis occupata, quarum aliquando ulcera lambens sanávit. Illud frequenter in ore habébat: Pati, non mori. Tandem, diutino et gravi morbo exháusta, transivit ad Sponsum, anno mil'ésimo sexcentésimo séptimo, expléto ætatis suæ anno quadragésimo primo. Eam Clemens nonus sanctárum Vírginum número adscrípsit.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

Ant. i Mirabilis * in Magdaléna Dóminus, quam e vulnéribus suis decòrem induit; et adversus dæmonum insídias fortitudine præcinxit. †

Psalmi de dom. i loco 732.

2 Relictis sǽculi pompis, * introfuit in conspéctu Dei Magdaléna, quam ánulo suo subarrhávit Dóminus. †

3 In terra deserta tentationum * appáruit Magdaléna, ut vidéret virtutem et gloriām tuam. †

4 Patrem, et Filiū, *
cum Sancto Spíritu puerula
benedicébat, dum sanctæ
Trinitatis fidem párvulos do-
cébat. †

5 Reges terræ * et omnes
pópoli laudent Dóminum,
cuius in Magdalena nomen
exaltatum est. †

Capit. Cant. 3, 1-2
In léctulo meo per noctes
I quæsivi quem díligit áni-
ma mea: quæsivi illum, et
non invéni. Surgam, et cir-
cuibo civitatem: per vicos
et platéas quæram quem dí-
ligit ánima mea.

Hymnus

Hæc est Étrusca Mágdala,
Magistra veri Spiritus,
Partem prehendit óptimam,
Non auferéndam sǽculis.

Cum Rege sacras cælitum
Vovens decennis nuptias,
Expéctat indelébili
Sponsum coléndum lám-
pade.

Manuque dotem própria
Crucem, flagella, vúlera,
Cor, ánulum, spinas, dapes
Dat Sponsus Eucharísticas.

Scriptoris augústi manu
In corde descripturn suo
Verbum caro factum est,
legit,
Verbūmque grande intelle-
git.

Mirabili sub schémate
Ignis, colúmnæ, flúminis,
Linguæ, colúmbæ, fláminis
Sanctum recépit Spíritum.

Amoris cæstro pércta
Compulsat æra túrium,
Ut totus orbis cónvolet,
Deumque amore díligat.

I Sequens conclusio num-
quam mutatur.

Te, Sponse, Iesu, Virgi-
num

Beati adórent Ordines,
Et nuptiali cántico
Laudent per omne sǽculum.
Amen.

V. Elégit eam Deus, et
prælégít eam. † R. In
tabernáculo suo habitare fa-
cit eam. †

Ad Bened. ant. Magda-
léna virgo * óptimam par-
tem elégit, quæ non auferé-
tur ab ea: purissima in vita,
adhuc post mortem ab omni
corruptione manet immú-
nis. †

Oratio

Deus, virginitatis amátor,
qui beatam Mariam
Magdalénam Virginem, tuo
amore succénsam, cælesti-
bus donis decorásti: da; ut
quam festiva celebritate ve-
nerásmur, puritate et carité
imitémur. Per Dóminum.

Et fit com. S. Gregorii VII
Papæ et Conf. (duplex):

Ant. Euge, serve bone *
et fidélis, quia in pauca
fuisti fidélis, supra multa
te constituam, dicit Dómi-
nus. †

V. Iustum dedúxit Dómi-
nus per vias rectas. † R. Et
osténdit illi regnum Dei. †

Oratio

Deus, in te sperántium
fortitudo, qui beatum
Gregorium Confessorem tu-
um atque Pontificem, pro
tuenda Ecclésiae libertate,
virtute constántiae roborá-
sti: da nobis, eius exé-
mple et intercessione, ómnia
adversántia fórtiter superáre.
(Per Dóminum.)

Deinde com. S. Urbani I Pa-
pæ et Mart. (simplex):

Tempore paschali

Ant. Filiæ Ierúsalem, *
veníte et videte Mártires
cum corónis, quibus coro-
návit eos Dóminus in die
solemnitatis et lætitiae, al-
leluia, alleluia.

V. Pretiosa in conspéctu
Dómini, alleluia. R. Mors
Sanctorum eius, alleluia.

Extra tempus paschale

Ant. Qui odit * ánimam
suam in hoc mundo, in vi-
tam æternam custódit eam.

V. Iustus ut palma floré-
bit. R. Sicut cedrus Libani
multiplicabitur.

Oratio

Deus, qui Ecclésiam tuam
in apostolicæ petræ so-
liditate fundátam, ab infer-
nárum éruis terróre portá-
rum: præsta, quæsumus; ut,
intercedente beato Urbano
Mártire tuo atque Summo
Pontifice, in tua veritaté per-
sistens, continua securitaté
muniátur. Per Dóminum.

AD TERTIAM

Capit. Cant. 3, 1-2
In léctulo meo per noctes
quæsivi quem díligit áni-
ma mea: quæsivi illum, et
non invéni. Surgam, et cir-
cuibo civitatem: per vicos
et platéas quæram quem dí-
ligit ánima mea.

Tempore paschali

R. br. Spécie tua et pul-
chritudine tua, * Alleluia,
alleluia. - Spécie. V. Inténde,
próspere procéde, et re-
gna. - Alleluia, alleluia. -
Glória Patri. - Spécie.

V. Adiuvábit eam Deus
vultu suo, alleluia. R. Deus
in médio eius, non commo-
vébitur, alleluia.

Extra tempus paschale

R. br. Spécie tua * Et
pulchritudine tua. - Spécie.
V. Inténde, próspere pro-
céde, et regna. - Et. - Glória
Patri. - Spécie.

V. Adiuvábit eam Deus
vultu suo. R. Deus in mé-
dio eius, non commovébitur.

AD SEXTAM

Capit. Cant. 3, 3-4
Invenérunt me vigiles, qui
custodiunt civitatem:
Num quem díligit ánima
mea vidistis? Pálulum cum
pertransissem eos, invéni
quem díligit ánima mea; té-
nui eum, nec dimittam.

Tempore paschali
R. br. Adiuvábit eam Deus vultu suo, * Alleluia, alleluia. - Adiuvábit eam. **V.** Deus in medio eius, non commovébitur. - Alleluia, alleluia. - Glória Patri. - Adiuvábit.

V. Elégit eam Deus, et praelégit eam, alleluia. **R.** In tabernáculo suo habitare facit eam, alleluia.

Extra tempus paschale
R. br. Adiuvábit eam * Deus vultu suo. - Adiuvábit. **V.** Deus in medio eius, non commovébitur. - Deus vultu suo. - Glória Patri. - Adiuvábit.

V. Elégit eam Deus, et praelégit eam. **R.** In tabernáculo suo habitare facit eam.

AD NONAM

Capit. Cant. 3, 8
Adiúro vos, filiae Ierúsalem, si invenéritis dílectum meum, ut nuntiétis ei quia amore lángueo.

Tempore paschali
R. br. Elégit eam Deus, et praelégit eam, * Alleluia, alleluia. - Elégit. **V.** In tabernáculo suo habitare facit eam. - Alleluia, alleluia. - Glória Patri. - Elégit.

V. Diffusa est grátia in lábiis tuis, alleluia. **R.** Propterea benedixit te Deus in æternum, alleluia.

Extra tempus paschale

R. br. Elégit eam Deus, * Et praelégit eam. - Elégit. **V.** In tabernáculo suo habitare facit eam. - Et. - Glória Patri. - Elégit.

V. Diffusa est grátia in lábiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in æternum.

IN VESPERIS

Ant. 1 De torrénte * passiónis Christi in via bibt: propterea exaltávit caput. †

Psalmi de dominica 754 sed, loco ultimi, dicitur ps. 147 Lauda, Ierúsalem, Dóminus

2 Memoriām fecit * mirabilium Dei; iustitia eius manet in sáculum sáculi. †

3 Escam dedit * paupéribus: cornu eius exaltatum est in glória. †

4 Excelsus Dóminus, * qui humilia respicit, collocavit eam cum Princípibus populi sui. †

5 Annuntiávit illi * Dóminus verbum suum: et iudicia sua manifestávit ei. †

Capit. Cant. 3, 1-2
In léctulo meo per noctes quæsivi quem diligít anima mea: quæsivi illum, et non invéni. Surgam, et circuibo civitatem: per vicos et platéas quæram quem diligít anima mea.

Hymnus

Córporis nexus óbitu scindens,
 Plena virtútum, méritis onústa,

Scandit æternas, comitántem

Sponso,

Mágdala sedes.

Abdito ventris látitans recessu

Non gravat matris grémium, nec umquam Criminis pressit própriam moléstio

Pondere mentem.

Obtegit nudos, docet imperitos,

Cárceres visit, iuvat univer­sos:

Plúrimas fusis ánimas ab Orco

Flétilibus arcet.

Déserens mundum, crucifixá Christo

Corpus afflítuit précibus, caténis

Férreis, flagris, fame, felle, spinis,

Frigore, flamma.

Cum suis horas cécinis

Patrónis:

Ecstases, raptus pátitur fre-quenter:

Osculo Sponsi recreáta, Iesus

Portat in ulnis.

Nunc opem nobis misera-ta confer,

Qui tuos læti cámimus triúmphos:

Erudi mentem, refluátque amoris

Flamma perennis.

Laus Deo summo, Genitoque Patris,

Flámini Sancto sit honor perennis;

Et Deum trinum venerémur uno

Semper honore. Amen.

V. Ora pro nobis, sancta María Magdaléna. † **R.** Ut digni efficiámur promissiōnibus Christi. †

Ad Magnif. ant. Veni, Sponsa, de Libano, * veni: coronáberis de cápite Amana, de vértice Sanir et Hermon, de cubilibus leónum, de móntibus pardórum. †

Oratio

Deus, virginitatis amátor, qui beatam Mariam Magdalénam Vírginem, tuo amore succénsam, cælestibus donis decorásti: da; ut, quam festiva celebritate ve-nerámur, puritatem et caritatem imitémur. Per Dóminum.

Completorium de feria.

Die 7 iunii

B. Annæ
 a S. Bartholomæo
 Virginis O. N.

Lectio iii

Anna a Sancto Bartholo-méo, in pago de Almendrál, intra fines diocesis Abulénsis, nata est. Décimo ætatis suæ anno orbáta utróque parénte, húmile munus oves pascéndi a frátribus accípiens, haud raro præsentia Iesu Christi, in forma infántis ei apparéntis, est recreata. Recusátis nuptiis, aliisque impedimentis superátis, in monastérium Carmelitárum Excalceatárum Abulæ fundátum ingrëssa, humilitate, alacritate in obtemperando,

aspérrima córpus pænitén-tia, emíciuit. Legifera Mater Terésia eam, quamvis indóctam, sóciam labórum suórum sibi adlégit per plures annos. Seráphica matre ab exsilio vocáta, Anna in Gállia prius, deinde in Bélgio quátuor fundávit florentíssima ascetíaria, singuláre osténdens invictæ constántiaz et fortitudinis exémplum. Apud omnes consili et prudéntiaz fama ac sanctitatis opinióne flóruit. Prophetæ, scientiæ infúsæ aliisque donis insígnis, sancto fine quiévit Antverpiæ, anno millésimo sexcentésimo vigésimo sexto. Benedíctus décimus quintus eam beatárum Vírginum albo adscrípsit.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

V. Diffusa est grácia in lábiis tuis. † R. Propterea benedíxit te Deus in ætérnum. †

Ad Bened. ant. Símile est regnum cælórūm * hómini negotiatori quærénti bonas margarítas: invénta una pretiosa, dedit ómnia sua et comparávit eam. †

Oratio

Deus, qui beátam Annam Vírginem tuam, exí-mum humilitatis exémplar effecisti: concéde nobis, fá-muluis tuis; ut, illius vestí-gia sequéntes, promissa hu-milibus prémia cónsequi valeámus. Per Dóminum no-strum Iesum Christum, Fi-lium tuum: Qui tecum.

IN VESPERIS

V. Diffusa est grácia in lábiis tuis. † R. Propterea benedíxit te Deus in ætérnum. †

Ad Magnif. ant. Veni, Spónsa Christi, * áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum. †

Die 14 iunii

S. Elisei

Prophetæ, Patris nostri

AD MATUTINUM

Invit. Regem Prophetárum Dóminum, * Veníte, ado-rémus.

Ps. 94 Veníte, exsultémus 2.
Hymnus

Ut lingua carnis digne pos-sit prémere,
Et viri Dei mores plene dícere,
Mentes obscurás tuo tange lúmine,
Christe Redémptor, et Sal-vátor óptime.

Prophetæ festum celebrá-mus sédule,

Quo Eliséus sancto plenus múnere,
Et in sublímí collocátus cul-mine,
Nostræ súpplici tráditur me-moriæ.

Eliséus namque virgo plene pémanens,

Beátis cæli coæquátur An-gelis;

Qui pravos carnis motus scivit prémere,
Et mentem puram Christo novit gérere.

Hic vir exémplum dedit abdicántibus

Mundo, Prophétam dum Elíam séquitur,
Relícto patre, atque sæcli rétibus,
Consciári optans cæli ci-vibus.

Normam vir dedit hic et præsidéntibus,

Ne Dei dona véniderent mu-néribus,
Náaman Syrum dum mun-dávit plénus

A lepra, eius recusátis ópi-bus.

Uni trinóque Dómino sit glória,

Honor, potésta, atque iu-bilatio,

Qui Eliséi viri sancti mérita Late declarat ómnia per sz-cula. Amen.

In I Nocturno

Ant. 1 Ait Iósaphat rex: * Estne hic Prophéta Dómini, ut deprecémur Dóminum per eum?

Psalmi de communi Con-fessoris non Pontificis

Ant. 2 Est hic Eliséus * filius Saphat, qui fundébat aquam super manus Elíæ.

Ant. 3 Dixit autem Eli-séus * ad regem Israel: Quid mihi et tibi est? Vade ad prophétas patris tui, et matris tuæ.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. R. Stolam glóriæ induit eum.

De libro tértio Regum
Lectio i 19, 15-20

Ait Dóminus ad Elíam: Vade, et revértere in viam tuam per desér-tum in Damáscum: cum-que pervéneris illuc, unges Házael regem super Sýriam, et Iehu filium Namsi unges regem super Israel: Eliséum autem filium Saphat, qui est de Abelméula, unges Prophétam pro te. Et erit, quicúmque fúgerit gládium Házael, occídet eum Iehu: et quicúmque fúgerit glá-dium Iehu, interficiet eum Eliséus. Proféctus ergo inde Elías, réperit Eliséum fi-lium Saphat, arántem in duódecim iugis boum, et

ipse in duodecim iugis boum arantibus unus erat: cumque venisset Eliás ad eum, misit pállium suum super illum. Qui statim relictis bobus cucurrit post Eliam, et ait: Osculer, oro, patrem meum, et matrem meam, et sic sequare te. Dixitque ei: Vade, et revertere: quod enim meum erat, feci tibi.

R. Cum venisset Eliás ad Eliséum, misit pállium suum super illum: * Qui statim relictis bobus cucurrit post Eliam, et ministrabat ei. V. Osculer, oro, patrem meum, et matrem meam, et sic sequare te. - Qui.

De libro quarto Regum

2, 1-15, 19-25

Lectio ii

Factum est autem, cum levare vellet Dóminus Eliam per túrbinem in cælum, ibant Eliás et Eliséus. Ierunt igitur ambo páriter usque ad Iordánum. Tulitque Eliás pállium suum, et involvit illud, et percússit aquas, quæ divisæ sunt in utrámque partem, et transierunt ambo per siccum. Cumque transissent, Elias dixit ad Eliséum: Póstula quod vis ut fáciam tibi, antequam tollar a te. Dixitque Eliséus: Obsecro ut fiat in me duplex spíritus tuus. Qui respóndit: Rem diffíclēm postulásti: áttamen si videris me, quando tollar a te, erit tibi quod petísti: si autem non videris, non erit.

Cumque pérgerent, et incéntes sermocinaréntur, ecce currus igneus et equi ignei divisérunt utrúnque: et ascéndit Eliás per túrbinem in cælum. Eliséus autem vidébat, et clamábat: Pater mi, pater mi, currus Israel, et auriga eius. Et non vidit eum amplius. Et levávit pállium Eliæ, quod ceciderat ei: reversusque stetit super ripam Iordánis, et pállio Eliæ, quod ceciderat ei, percússit aquas, et divisæ sunt huc atque illuc, et tránsiit Eliséus. Vidéntes autem filii Prophetárum, qui erant in Iéricho e contra, dixerunt: Requiévit spíritus Eliæ super Eliséum. Et venientes in occúrsum eius, adoravérunt eum proni in terram.

R. Cum transissent Eliás et Eliséus Iordánum per siccum, dixit Eliséus: * Obsecro ut fiat in me duplex spíritus tuus. V. Eliás dixit ad Eliséum: Póstula quod vis ut fáciam tibi, antequam tollar a te. - Obsecro.

Lectio iii

Dixérunt viri civitatis ad Eliséum: Ecce habitatio civitatis huius óptima est, sicut tu ipse, domine, spéris: sed aquæ péssimæ sunt, et terra stérilis. At ille ait: Afférte mihi vas novum, et mittite in illud sal. Quod cum attulissent, egréssus ad fontem aquárum, misit in illum sal, et ait: Hæc dicit Dóminus: Sanávi aquas has, et non

erit ultra in eis mors, neque sterilitas. Sanátæ sunt ergo aquæ usque in diem hanc, iuxta verbum Eliséi, quod locútus est. Ascéndit autem inde in Bethel: cumque ascénderet per viam, púeri parvi egréssi sunt de civitáte, et illudébant ei, dicéntes: Ascénde, calve; ascénde, calve. Qui cum respexisset, vidit eos, et maledixit eis in nómine Dómini: egressisque sunt duo ursi de saltu, et laceravérunt ex eis quadraginta duos púeros. Abiit autem inde in Montem Carméli, et inde reversus est in Samariam.

R. Dixérunt filii Prophetárum ad Eliséum: Eámus usque ad Iordánum, et tollant singuli de silva matérias singulas: * Aédificemus nobis locum ad habitandum. V. Ecce locus, in quo habitámus coram te, angustus est nobis. - Aédificemus. - Glória Patri. - Aédificemus.

In II Nocturno

Ant. 4 Cum cáneret psaltes, * facta est super Eliséum manus Dómini, et prophetávit.

Ant. 5 Alveus iste * replébitur aquis, et bibétis vos et familiæ vestræ, et iumenta vestra.

Ant. 6 Parúmque est hoc * in conspéctu Dómini: in-super tradet etiam Moab in manus vestras.

V. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Sermo sancti Ambrósii
Episcopi
Sermo 87
Lectio iv

De Eliséi méritis quid dicámus, cuius hæc prima laus est, quod patrem voluit grátia superare, dum dari sibi amplius póstulat, quam scit apud eum esse, qui possidet? Avárus quidem est in pétendo, sed idóneus in promerendo. Dum enim a patre plus éxigit quam habebat, facit eum méritis suis plus prästáre quam pótterat. Nam cum idem Eliséus post ascensum magistri sui venisset Iéricho, et rogaréatur a cívibus, ut in eádem consisteret civitáte, dixerunt: Commorátió oppidi bona est, sed aquæ malæ et stériles sunt. Tunc præcépit sibi dari vas fíctile: et rediit in eo sale, véniens ad éxitus aquárum, projécit in aquas, dicens: Hæc dicit Dóminus: Sanávi aquas istas, non erit ex eis móriens, neque stérilis; et sanátæ sunt aquæ usque in hunc diem.

R. Egréssus Eliséus ad fontem aquárum, misit in illum sal, et ait: Hæc dicit Dóminus: Sanávi aquas has, * Et non erit ultra in eis mors, neque sterilitas. V.

Sanátæ sunt ergo aquæ usque in diem hanc, iuxta verbum Eliséi. - Et.

Lectio v

Vidéte ergo Eliséi quanta sint mérita, cuius prima in civitáte hospitálitas filiorum est magna fecunditas. Dum enim sterilitatem avértilt aquárum, successióinem largítur herédum. Non enim hoc facto Eliséus unum sanávit hóminem, aut unius domus præstítit medicinam, sed totius civitatis pópulum reparávit. Si enim tardius hoc fecisset, interveniente sterilitate, sene scéntibus cunctis, civitas si ne habitatóre remansísset. Igitur Eliséus dum curávit aquas, curávit et plebem; et dum fontem benedixit undárum, fontem quemdam indúlxit animárum. Nam sicut sanctificatióne eius de occultis terræ venis aqua sana prodívit; ita de occultis vulvæ viscéribus sóboles sana procéssit.

R. Dicit vir Dei sanctus ad Sunamtidem: * In tempore isto, in hac eádem hora, si vita comes fúerit, habébis in útero filium. V. Noli, quæso, Dómine mi, vir Dei, mentiri ancillæ tuæ. - In.

Lectio vi

Non enim sola tantum fluénta benedixit Eliséus, quæ fónitum iam grémio tenebántur; sed et illa, quæ húmido terræ solo

adhuc indiscretá paulatim erant in pósterum deflu xúra. Unde ait Scriptúra, ad exitus aquárūm benedixisse Eliséum, ut stillantem aquam prius sanctificatio susciperet, quam si nus fontis inclúderet. Igitur quóniam dicit Apóstolus Paulus: Hæc in figura contingébant illis: videámus ergo, ipsa figura quam habébat veritatem. Ecclesia est illa stérilis civitas, quæ ante adventum Christi, aquárūm vitio, hoc est sacrilégio gentilium populorum, sterilitatem sustinens, Deo filios procreare non pótuit. At ubi venit Christus, velut vas fíctile assúmens corpus humánum, sanávit aquárūm vitia, hoc est, resecávit sacrilégia populorum: et statim Ecclesia, quæ erat stérilis, cœpit esse fecunda. Unde et Apóstolus dicit: Lætáre, stérilis, quæ non paris; erúmpe, et clama, quæ non párturis: quia multi filii desértæ, magis quam eius quæ habet virum. Plures enim filios ex ea Ecclesia, quæ erat stérilis, procreávit, quam synagóga, quæ erat fecunda, suscéperit.

R. Misit rex Sýriæ exércitus, ut cáperent Eliséum. * Percussítque eos Dóminus, ne vidérent, iuxta verbum Eliséi. V. Eliséus orávit ad Dóminum, dicens: Pércute, óbsecro, gentem hanc cæcitaté. - Percussítque. - Glória Patri. - Percussítque.

In III Nocturno

Ant. 7 Múlier * infundebat óleum in vasa: cumque plena fuissent vasa, stetit óleum.

Ant. 8 Wade, * inquit Eliséus, vende óleum, et redde creditori tuo.

Ant. 9 Incubuit Eliséus super púerum: et oscitávit puer sépties, aperuitque óculos, et réddidit matri sue.

¶. Iustus ut palma florabit. R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Léctio sancti Evangélii secundum Lucam

Lectio vii 4, 23-27

In illo tempore: Dicit Iesus pharisæis: Utique dicétis mihi hanc similitudinem: Médice, cura te ipsum: quanta audivimus facta in Capháraum, fac et hic in pátria tua. Et réliqua.

Homilia sancti Ambrósii Episcopi

Lib. 4 in Lucam cap. 4

Non otióse Salvátor excusat, quod nulla in pátria sua mirácula virtútis operátus sit, ne fortassis áliquis viliórem pátriæ nobis esse débere putáret afféctum. Neque enim cives pótterat non amáre, qui amáret omnes: sed ipsi se caritaté pátriæ, qui invident, abdicárunt. In veritatem dico vobis: Multæ víduæ fuérunt in diébus Eliæ. Non

quia Eliæ dies fuérunt, sed in quibus Eliás operátus est: aut quia dies faciébat illis, qui in eius opéribus lucem vidébant grátiae spiritális, et convertebántur ad Dóminum. Et ideo aperiebátur cælum vidéntibus ætéra et divína mystéria; claudébátur, quando fames erat, quia nulla erat cognoscéndæ Divinitatis ubertas. Sed de hoc plénius scrípsimus, cum de víduis scriberémus.

R. Dixit Eliséus ad Náaman: Wade, et laváre sépties in Iordáne, et recipiet sanitatem caro tua: et abiit, * Et mundátus est. ¶. Descedit Náaman, et lavit in Iordáne sépties iuxta sermonem viri Dei. - Et mundátus est.

Lectio viii

Et multi leprósi erant in Iudæa tempóribus Eliséi Prophéte: et nemo eorum mundátus est, nisi Náaman Syrus. Evidénter hic sermo nos Dómini salutáris infórmat, et ad stúdium venerándæ Divinitatis hortátur, quod nemo sanátus osténditur, et maculósi morbo cörperis absolútus, nisi qui religioso officio stúduit sanitati. Non enim dormiéntibus divína benefícia, sed observántibus deferúntur.

R. Factum est, dum tolleter Dóminus Eliam per

túrbinem in cælum, * Eli-séus clamábat, dicens: Pater mi, pater mi, currus Israel, et auriga eius. ¶ Cumque pérgerent, et incedéntes ser-mocinaréntur, ecce currus igneus, et equi ignei di-vi-sérunt utrūmque: et ascén-dit Elias per túrbinem in cælum. - Eliséus. - Glória Patri. - Eliséus.

Lectio ix

Et bene apto comparatiō-nis exēmplo arrogāntia cívium retundit invidó-rum, Dominicūmque factum scriptūris docétur vetéribus convenire, quod in libris quoque Regum lègimus gen-tilem virum Náaman pro-phético oráculo lepræ mā-culis absolvitum, cum plú-rimos Iudæorūm lepra cōr-poris páriter et mentis ab-súmeret. Siquidem quátuor illos, qui cogénte fame in castra regis Sýriæ, primi te-tendérunt, tradit história fuisse leprósos. Cur ígitur non curábat frates, non cu-rábat cives, non sanábat Prophéta consórtes, cum sa-náret aliémos, sanáret eos, qui observántiam legis et religiōnis consórtium non habébant; nisi quia volun-tatis est medicina, non gen-tis, et divinum munus votis elígitur, non natūræ iure de-fértur?

Te Deum laudámus 7.

AD LAUDES

Ant. 1 Póstula quod vis * ut fáciam tibi, ántequam tollar a te, Elias dixit ad Eliséum.

Psalmi de dom. 1 loco 732.
2 Dixit Eliséus: * Obsercro ut fiat in me duplex spíritus tuus.

3 Rem diffíclēm postulá-sti: * áttamen si videris me, quando tollar a te, erit tibi quod petísti.

4 Eliséus autem * vidé-bat, et clamábat: Pater mi, pater mi, currus Israel, et auriga eius.

5 Percússit aquas, * et di-visæ sunt huc atque illuc, et tránsiit Eliséus.

Capit. Eccli. 48, 13-14
In diébus suis non pertí-muit príncipem, et poténtia nemo vicit illum: nec superávit illum verbum áli-quod, et mórtuum prophe-távit corpus eius.

Hymnus
Vulgus ultórem scéleris
Prophétam
Hórrreat iustum, petulánsque
turba
Contra cultóres sciāt hunc
deórum
Esse flagéllum.
Iézabel fraudes véteres, et
Achab
Perdit incéstum genus, ac
latrónes

Cæcat, et tristes púeros duóbus

Enecat ursis.

Déstruens cultus sátanæ nefándos,

Acmalilepra púniens ministrí Pérditum lucrum, méritos Tonánti

Donat honóres.

Ungit hic regem, regit et fidélem,

Ac Dei cunctis pópulum periclis

Tollit, et sáva súperis rebélles

Fúlminat ira.

Réspice ærúmnas miserám-que sortem,

Et procul clades próhibens funéstas,

Fac Deum nostris adhibére tandem

Vócibus aures.

Laus Deo summo, Geni-tóque Patris,

Spiritu Sancto sit honor perénnis,

Et Deum trinum venerémur uno

Semper honóre. Amen.

V. Eliséus in vita sua fecit monstra. R. Et in morte mirabília operátus est.

Ad Bened. ant. Vidéntes autem * filii Prophetárum, qui erant in Iéricho e contra, dixerunt: Requiévit spíritus Eliæ super Eliséum. Et veniéntes in occúrsum eius, adoravérunt eum proni in terram.

Oratio

Omnípotens sempitérne

Deus, qui in eléctis Pro-phétis tuis mirabilis prædi-cáris: præsta, quássumus; ut sicut Eliæ spíritum in Pro-phéta tuo Eliséo compleví-sti, ita in nobis Spíritus Sancti grátiam ad virtútum ópera exercénda multiplicá-care dignérис. Per Dómi-num... in unitáte eiúsdem.

Et fit com. S. Basilii Magni Ep., Conf. et Eccl. Doct. (du-plex):

Ant. Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fui-sti fidélis, supra multa te constiutam, dicit Dóminus.

V. Iustum dedúxit Dómi-nus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Exaudi, quássumus, Dómi-ne, preces nostras, quas in beáti Basilii Confessóris tui atque Pontíficis solemni-tate deférimus: et, qui tibi digne méritu famulári, eius intercedéntibus méritis, ab ómnibus nos absólve pec-cátis. Per Dóminum.

Ad Horas antiphona et psal-mi ut in psalterio suo quoque die assignati.

AD TERTIAM

Capit. Eccli. 48, 13-14

In diébus suis non pertí-muit príncipem, et poténtia nemo vicit illum: nec superávit illum verbum áli-quod, et mórtuum prophe-távit corpus eius.

Reliqua ut in communi Confessoris non Pontificis 1100,

AD SEXTAM

Capit. 4 Reg. 5, 8
Cum audisset Eliseus vir Dei, scidisse videlicet regem Israel vestimenta sua, misit ad eum, dicens: Quare scidisti vestimenta tua? véniat ad me, et sciatis esse Prophétam in Israel.

AD NONAM

Capit. 4 Reg. 5, 10
Misit ad Náaman Eliséus nuntium, dicens: Vade, et lavare sépties in Iordáne, et recipiet sanitatem caro tua, atque mundáberis.

IN II VESPERIS

Antiphonæ et capitulum ut supra ad Laudes 1758.

Psalmi de dominica 754 sed, loco ultimi, dicitur ps. 147 Lauda, Ierúsalem, Dóminus

Hymnus

Prima lux surgens, fidibus peractis

Iúni, est magnis celebranda votis:

Namque Carméli résonat cacúmen,

O Elisé.

Quem pius vates, memoriandus omni

Século, Elías, gémino replendum

Spíritu, iussu Dómini pertinxit

Chrismate sacro.

Pállio visi patris evolántis Flámmeo currū súperas ad oras

Réprimis flumen, pedibús que siccis

Reddis apértum.

A Deo doctis précibus parénti

Obtines prolem vétitam, supérnas

Atque sublátam révocas ad auras,

Máxime vates.

Ac tuo nutu natat e profundō

Gúrgitis ferrum, rabiésque lepræ

Sépties undis flúvii labéntis Lota fugáatur.

Laus Deo summo, Genitóque Patris,

Spirítui Sancto sit honor perennis

Et Deum trinum venerémur uno

Semper honore.

Amen.

V. Elías in túrbine tectus est. R. Et in Eliséo complétus est spíritus eius.

Ad Magnif. ant. Eliséus autem * ægrotábat infirmitate, qua et mórtuus est: descendítque ad eum Ioas rex Israel et flebat coram eo, dicebátque: Pater mi, pater mi, currus Israel, et auriga eius.

Oratio

Omnipotens sempiterne Deus, qui in eléctis Prophétis tuis mirabilis prædicáris: præsta, quæsumus; ut sicut Eliae spíritum in Prophéta tuo Eliséo complevisti, ita in nobis Spíritus Sancti grátiam ad virtútum ópera exercénda multiplicare dignérис. Per Dóminum... in unitate eiúsdem.

Die 9 iulii

B. Ioannæ Scopelli

Virginis O. N.

Simplex 1122

Lectio iii

Ioánnna Scopelli virgo, Régi in Aemilia piis orta paréntibus, ab ipsa ineunte ætate, futuræ sanctimoniæ luculénta édidiit indicia. Adhuc tenella, suum corpúsculum flagellis ac icíunio attenuabat. Domini manens, Carmelitárum hábitum suscépit. Demórtuis paréntibus, apud piam féminam se recépit et, libérius Deo vacans, de fundándo sacrárum vírginum ascetério cogitávit. Gravissimis difficultatibus superáatis, rem ad felicem éxitum deduxit. Novæ fundatiónis moderatrix constituta, obediéntiae, paupertatis omniúmque virtutum exémpla præbuit.

Complures e cupiditatum ac vitiórum láqueis ad rectam virtutis sémitam revocávit. Prophetiæ ac miraculórum donis claruisse dicitur. Consorribus suis præcísus suæ mortis tempus designans, obdormivit in Dómino die nona iúlii, anno millésimo quadringentésimo nonagésimo primo. Eius corpus incorruptum summa colitur veneratióne.

Te Deum laudámus 7.

AD LAUDES

V. Diffusa est grátia in lábiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Bened. ant. Simile est regnum cælorum * hómini negotiatóri quærénti bonas margaritas: invénta una pretiosa, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

Oratio

Deprécantum exauditor Deus, qui beatam Ioánnam orationis ac pénitentiae spíritu contra démonis fraudes roborásti: ipsius méritis et intercessióne nos eódem confirma; ut, superatis hóstium insidiis, ad palmam victoriae perducámur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Filium tuum: Qui tecum.

Die 16 iulii

In Commemoratione solemni

BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIAE DE MONTE CARMELO

Titularis et Patronæ totius Ordinis Carmelitarum

Omnia de communi festo-
rum B. Mariæ Virg. 1166,
præter ea quæ hic habentur
propria.

IN I VESPERIS

Antiphona i



Glória Libani * data
est ei, decor Carmeli et Saron, alleluia.

Psalmi ut in communi fe-
storum B. Mariæ Virg. 1178.

2 Induit nos * Génitrix
Dómini vestiménto salútis:
et indumento iustitiæ cir-
cúndedit nos, alleluia.

3 In odórem * unguentó-
rum tuórum cùrrimus: adu-
lescentulæ dilexérunt te ni-
mis, alleluia.

4 Benedicta filia * tu a Dó-
mino, quia per te fructum
vitæ communicávimus, alle-
luia.

5 Speciosa facta es, * et
suávis in deliciis tuis, san-
cta Dei Génitrix, alleluia.

Capit. Eccli. 24, 23-24

Ego quasi vitis fructificávi
Et suavitatem odoris: et flo-
res mei fructus honoris et
honestatis. Ego mater pul-
chra dilectionis, et timoris,
et agnitionis, et sanctæ spei.

In utrisque Vesperis
V. Regína decor Carmeli,
allelúa. R. Dedísti nobis
signum protectionis tuæ, alle-
luia.

In I Vesperis
Ad Magnif. ant. Caput
tuum * ut Carmélus, et com-
mæ cápitis tui sicut pú-
rpura Regis vincita canálibus,
allelúa.

In II Vesperis
Ad Magnif. ant. In Sion
* firmáta sum et in civitáte
sanctificáta similiter requié-
vi: et radicávi in pôpulo
honorificáto, et in plenitú-
dine Sanctórum deténtio
mea, alleluia.

Oratio
Deus, qui beatissimæ sem-
per Virginis et Génitricis
tuæ Mariæ singulári
titulo Carmeli órdinem de-
corásti: concéde propítius;
ut cuius hodie Commemo-
rationem solémni celebrá-
mus offício, eius muniti præ-
sidiis, ad gáudia sempitérana
pervénire mereámur: Qui
vivis.

Complet. de dominica 759.

AD MATUTINUM

Invit. Dóminum gloriæ
in nube Carmeli mirábilem,
* Veníte, adorémus.

Ps. 94 Venite, exultémus 2.

IN I Nocturno

Ant. 1 Eleváta est * ma-
gnificéntia tua super cælos,
Mária Mater gratiárum.

Ant. 2 In Monte pósuit *
tabernáculum suum; et in
hoc Monte salvábor.

Ant. 3 Quis ascéndet *
ad Montem Dómini? aut
quis stabít in loco sancto
isto? Innocens mánibus et
mundo corde.

V. Rigans Montem de su-
perióribus suis. R. De fructu
óperum suórum satiábi-
tur terra.

De Parábolis Salomónis

Lectio i 8, 12-25

Ego sapiéntia hábito in
consilio, et eruditis in-
térsum cogitationibus.
Timor Dómini odit malum:
arrogántiam, et supérbiā,
et viam pravam, et os bilin-
gue detéstior. Meum est con-
siliū et áequitas, mea est
prudéntia, mea est fortitudo.
Per me reges regnant, et
legum conditores iusta dé-
cérnunt; per me príncipes
ímparent, et poténtes dé-
cérnunt iustitiam. Ego dili-
gentes me dílico; et qui
mane vigilant ad me, invé-
nient me.

R. Vidi speciosam ascen-
déntem désuper rivos aquá-
rum, cuius inæstimábilis
odor erat nimis in vesti-
méntis eius: * Ecce odor
filii mei quasi odor agri
pleni, cui benedixit Dómi-
nus. V. Et ut sensit vesti-
mentórum fragrántiam, di-
xit. - Ecce.

Lectio ii
Mecum sunt divítiae et
glória, opes supérbæ
et iustitia. Mélior est enim
fructus meus auro et lápide
pretioso, et genímina mea
argénto elécto. In viis iusti-
tiæ ámbulo, in médio semi-
tárum iudicii, ut ditem dili-
gientes me, et thesáuros éo-
rum répleam. Dóminus pos-
sedit me in initio viárum
suárum, ántequam quid-
quam fáceret a principio.
Ab æterno ordináta sum et
ex antiquis, ántequam terra
fieret. Nondum erant abýssi,
et ego iam concépta eram;
necdum fontes aquárum erú-
perant; necdum montes gra-
vi mole constiterant; ante
colles ego parturiébar.

R. Ego quasi terebínthus
exténdi ramos meos, et flo-
res mei * Fructus honóris
et gratiæ. V. Sub umbra
illius, quem desideráveram,
sedi; et fructus eius dulcis
gútturi meo. - Fructus.

Lectio iii
8, 34-36 et 9, 1-5

Béatus homo qui audit
me, et qui vigilit ad

fores meas cotidie, et obsérvat ad postes óstii mei. Qui me invénerit, invéniet vitam, et háuriet salutem a Dómino; qui autem in me peccáverit, lædet ániam suam. Omnes, qui me odérunt, diligunt mortem. Sapiéntia ædificávit sibi domum, excídit colúmnas septem. Immolávit víctimas suas, míscuit vinum et propositus mensam suam. Misit ancillas suas ut vocárent ad arcem et ad ménia civitatis: Si quis est párvulus, véniat ad me. Et insipiéntibus locúta est: Venite, comedite panem meum, et bibe vinum quod míscui vobis.

R. Ego in altíssimis habitávi: * Et thronus meus in colúmna nubis. V. Quasi cedrus exaltáta sum in Líbano, et quasi cypréssus in Monte Sion. - Et. - Glória Patri. - Et.

In II Nocturno

Ant. 4 Astitit Regína * a dextris tuis in vestitu deaurato, circúdata varietáte.

Ant. 5 Magnus Dóminus * et laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in Monte sancto eius.

Ant. 6 Gloriósa * dicta sunt de te, Cívitas Dei; amicta lúmine sicut vestimento.

V. Expándit nubem in protectionem nostram. R. Et ignem, ut luceret nobis.

Lectio iv

Cum sacra Pentecóstes die Apóstoli, cálitus afflátí, váriis linguis loqueréntur, et, invocáto augústissimo Iesu nómine, mira multa patrarent; viri plúrimi (ut fertur), qui vestígii sanctórum Prophetárum Elíæ ac Eliséi institerant, et Ioánnis Baptistæ præcónio ad Christi advéntum comparati fúerant, rerum veritáte perspécta atque probata, evangélícam fidem confestim amplexáti sunt, ac peculiari quodam afféctu beatíssimam Virginem (cuius collóquis ac familiaritaté feliciter frui potuere) ádeo venerári coepérunt, ut primi ómnium in eo Montis Carméli loco, ubi Elías olim ascendéntem nébulam, Virginis typo insignem, conspéixerat, eidem puríssimæ Virginis sacéllum constrúerint.

R. Ego sapiéntia effudi flúmina, et quasi aquaductus exívi de Paradíso: * Rigábo hortum meum plantationum, et inebriábo prati mei fructum. V. Penetrábo inferiores partes terra, et illuminábo omnes sperántes in Dómino. - Rigábo.

Lectio v

Ad novum ergo sacéllum sàepe cotidie convenientes, ritibus piis, precatiōibus ac láudibus beatíssimam Virginem, velut singularem ordinis tutélam, colébant.

Quam ob rem Fratres beátæ Maríæ de Monte Carmélo passim ab ómnibus appellári coepérunt; eúmque titulum Summi Pontífices non modo confirmárunt, sed et indulgentias peculiáres iis, qui eo título vel ordinem vel Fratres singulos nuncupáre concessére. Nec vero nomenclatúram tantum munificentissima Virgo tribuit et tutélam, verum et insigne sacri Scapuláris, quod beátó Simóni Anglico præbuit, ut cælesti hac ueste ordo ille sacer dignoscerétur, et a malis ingruéntibus protegerétur. Ac demum, cum olim in Európa ordo esset ignotus, et ob id apud Honórium tértium non pauci pro illius extincióne instárent, ástitit Honório noctu piissima Virgo María, planéque iussit, ut institútum et hómines benigne complecte-retur.

R. Ego ex ore Altíssimi prodívi primogénita ante omnem creatúram: * Et sicut nébula texi omnem terram. V. Feci in cælis, ut oriré tur lumen indeficiens. - Et sicut.

Lectio vi

Non in hoc tantum sæculo órdinem sibi tam accéptum multis prærogati-vis beatíssima Virgo insignivit; verum et in álio (cum ubique et poténtia et misericordia plúrimum valeat) filios in Scapuláris societá-

tem relátos, qui abstinéntiam módicam precésque paucas eis præscriptas frequentárunt, ac pro sui statu ratione castitatem coluerunt, matérno plane afféctu, dum igne Purgatórii expiántur, solári ac in cælestem pátriam obténtu suo quantocius pie crèditur efférre. Tot ergo tantisque beneficiis ordo cumulátus, solémnem beatíssimæ Virginis Commemorationem, ritu perpétuo ad eiúsdem Virginis gloriām quotánnis celebrándam, instituit.

R. Crátor ómnium, et qui creávit me requiévit in tabernáculo meo. * Et in hereditáte Dómini morábor. V. Tunc præcépit et dixit mihi: In Iacob inhábita, et in Israel hereditáre; et in électis meis mitte radíces. - Et. - Glória Patri. - Et.

In III Nocturno

Ant. 7 Mons, * in quo beneplácitum est Deo habitare in eo: étenim Dóminus habitabit in finem.

Ant. 8 Heréditas mea * præclára est mihi; heréditas mea super mel et favum.

Ant. 9 Opéruit nubes * Montem, et habitávit glória Dómini super eum, tegens illum nube.

V. Fortitudo et decor indumentum eius. R. Byssus et púrpura vestis illius.

Léctio sancti Evangélii
secundum Ioánnem

Lectio vii 19, 25-27

In illo tempore: Stabant
Iuxta crucem Iesu Mater
eius, et soror Matris eius
María Cléophæ, et María
Magdaléne. Et réliqua.

Homilia sancti Ambrósii
Episcopi

Epist. 63 ad Eccl. Vercellen.,
prope finem

Maria Mater Dómini
ante crucem Filii
stabat. Nullus me
hoc dócuit, nisi sanctus Ioánnes
Evangelista. Mundum
álii concússum in passióne
Dómini conscripsérunt, cælum
ténebris obdúctum, re
fugisse solem, in Paradísum
latrónem, sed post piam con
fessionem, réceptum. Ioánnes
dócuit quod álii non do
cuérunt, quemádmodum in
cruce pósitus Matrem ap
pelláverit, pluris putans
quod victor suppliciorum
pietatis offícia matri exhibé
bat, quam quod regnum
cælesté donábat. Nam, si
religiósum est quod latróni
donátur vénia, multo uberi
oris pietatis est quod a
Filio Mater tanto afféctu
honorártur. Ecce, inquit, fí
lius tuus: ecce mater tua.

R. Elégi et sanctificávi lo
cum istum: * Ut sit ibi
nomen meum, et permá
neant óculi mei, et cor
meum ibi cunctis diébus.
V. Non fecit táliter omni
nationi, et iudicia sua non
manifestávit eis. - Ut.

Lectio viii

Testabátur de cruce Chri
stus, et inter matrem
atque discípulum dividébat
pietatis offícia. Condébat
Dóminus non solum pùbli
cum, sed étiam domésticum
testaméntum; et hoc eius
testaméntum signábat Ioánnes,
dignus tanto testatóre
testis. Bonum testaméntum,
non pecúniae, sed vitæ atér
nae; quod non atraménto
scriptum est, sed Spíritu
Dei vivi, qui ait: Lingua
mea cálamus scribæ veloci
ter scribentis. Sed nec Ma
ria minor, quam matrem
Christi decébat. Fugiéntibus
Apóstolis ante crucem sta
bat, et piis spectábat óculis
Filiū vulnera, quia exspectá
bat non pignoris mortem,
sed mundi salútem. Aut for
tásse quia cognóverat per
Filiū mortem mundi redem
ptionem. Aula regális étiam
sua morte putábat se áliquid
público additúram múnieri.

R. Habitábit in solitúdine
iudicium, et iustitia in Car
melo sedébit: et erit opus
iustitiæ pax, * Et cultus
iustitiæ siléntium, et secúri
tas usque in sempitérnum.
V. Et sedébit pópulus meus
in pulchritúdine pacis, et in
tabernáculis fidúciae. - Et.

- Glória Patri. - Et.

Lectio ix

Sed Iesus non egébat adiu
tore ad redemptiōnem
ómnia, qui omnes sine
adiutóre servávit. Unde et
dicit: Factus sum sicut homo

sine adiutorio inter mó
tuos liber. Suscépit quidem
afféctum paréntis, sed non
quæsivit alterius auxílium.
Hanc imitámini, matres san
cta, quæ in único Filio di
lectissimo tantum matérna
virtutis exémplum édidi.
Neque enim vos dulcióres lí
beros habétis, neque illud
Virgo quærébat solátiū,
quod álium posset generare
filium.

Te Deum laudámus 7.

AD LAUDES

et per Horas

Ant. I Mirábiles * elati
ones Maris Carmeli: mi
rábilis in hoc Monte Dó
minus, alleluia.

Psalimi de dom, 1 loco 754.

2 Addúcám eos * in Mon
tem sanctum meum: et la
tificábo eos in domo ora
tionis meæ, alleluia.

3 In me grátiæ * omnis
viæ et veritatis: in me omnis
spes vitæ et virtutis, alleluia.

4 Spíritus enim meus *
super mel dulcis: et herédi
tas mea super mel et favum,
alleluia.

5 In ómnibus * réquiem
quæsívi: et in hereditate Dó
mini morábor, alleluia.

Capit. Eccli. 24, 23-24

Ego quasi vitis fructifi
cavi suavitatem odoris:
et flores mei fructus hon
oris et honestatis. Ego mater
pulchræ dilectionis, et timó
ris, et agnitionis, et sanctæ
spei.

V. Mitte nobis auxílium
de Sancto, alleluia. R. Et
de Sion tuére nos, alleluia.

Ad Bened. ant. Signum
magnum * appáruit in cælo:
Mülier amícta sole, et luna
sub pédibus eius, et in cá
pite eius coróna stellárum
duódecim, alleluia.

Oratio

Deus, qui beatissimæ sem
per Virginis et Gene
trícis tuæ Maríæ singulári
tíulo Carmeli órdinem de
corásti: concéde propítius;
ut, cuius hódie Commemo
ratiónem solémni celebrá
mus offício, eius muniti præ
sidiis, ad gáudia sempitérna
pervenire mereámur: Qui
vivis.

Ad Horas psalmi de domi
nica, ad Primam tamen ut in
festis; in R. br. V. Qui natus
es de María Virgine,

AD TERTIAM

Capitulum Ego quasi vitis, ut
supra ad Laudes 1792.

R. br. Rigans Montem

* De superiòribus suis. -
Rigans. V. De fructu ópe
rum tuórum satiábitur terra.

- De. - Glória Patri. - Ri
gans.

V. Expándit nubem in pro
tectionem nostram. R. Et
ignem, ut luceret nobis.

AD SEXTAM

Capit. Eccli. 24, 27-28
Spíritus meus super mel
dulcis, et heréditas mea
super mel et favum: memó
ria mea in generaciónes sæ
culórum.

R. br. Expándit nubem
* In protectionem nostram.
- Expándit. V. Et ignem,
ut luceret nobis. - In.
- Glória Patri. - Expándit.

V. Fortitudo et decor in-
dumentum eius. R. Byssus
et púrpura vestis illius.

AD NONAM

Capit. Eccli. 24, 30-31
Qui audit me non con-
fundétur; et qui ope-
rántur in me non peccá-
bunt. Qui elúcident me vi-
tam æternam habébunt.

R. br. Fortitudo et decor
* Indumentum eius. - For-
titudo. V. Byssus et púr-
pura vestis illius. - Indu-
mentum. - Glória Patri. -
Fortitudo.

V. Regína decor Carméli.
R. Dedísti nobis signum
protectionis tuæ.

In II Vesperis oinna ut in I
1781, variationibus suo loco ibi-
dem notatis.

Complet. de dominica 759.

Die 17 iulii

Bb. Teresiæ
a S. Augustino
et Sociarum
Vv. et Mm. O. N.

Lectio iii

Inter crudelitatis víctimas
quæ, duodecimésimo ex-
éunte sáculo, Parísiis pro
Christi fide sanguinem effu-
dérunt, mirábili exstiterunt
exemplo séxdecim moniales
Carmelítides Excalceátæ,
quarum dux et antistita fuit
Teresa a sancto Augustino.

E cœnobio Compendiensi
expulsæ, per crescēte in
christianum nomen furore,
mense iúnio anni millésimi
septingentésimi nonagésimi
quarti, in vincula coniéctæ
sunt. Illinc non multo post
Parísios traductæ, mánibus
ad tergum revinctis, inter
militum et plebis contumé-
lias, in horridum cácerem
tráditæ sunt. Sine téstibus,
sine defensóribus, tumultuá-
rio iudicio, cápit is damnatæ
sunt hoc uno nómine, quod
suo se Instituto fidéles ser-
váverint. Qua quidem sen-
tientia fortissimæ féminæ
summa lætitia affécta sunt,
quod certum esset illas ad
martýrii corónam convolá-
re. Lætis vultibus incedéntes,
hymnos altérnæ persol-
véntes, ad martýrii locum
tamquam ad triúmphii viam
accúrrunt. Unam post áliam
tortor, véluti fragrantes ro-
sas, obtruncat. Ultima, quasi
Machabæórum mater, Te-
resia caput carnifici præbet.
Præclári huius martýrii fama
longe latéque prótinus per-
vulgata est et miráculis, quæ
accessérunt, nova luce refúl-
sit. Illústres séxdecim mártires
a Pio décimo Pontifice
máximo Beatárum catálogo
adscriptæ sunt.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

V. Adducéntur Regi Vírgi-
nes post eam. R. Próxi-
mæ eius afferéntur tibi.

Ad Bened. ant. Prudé-
ntes Vírgines, * aptáte ve-
stras lámpades: ecce Spon-
sus venit, exite óbviam ei.

Oratio

Deus, qui ob invictam in
tuo amóre constántiam
beátam Terésiam et sócias
eius de vértice Carméli ad
martýrii corónam vocásti:
tríbue, quásimus; ut te fi-
déliter diligéntes, ad con-
templándam spéciem tuæ
celstitudinis perducámur. Per
Dóminum.

Et fit com. S. Alexii Conf.:
Ant. Euge, serve bone *
et fidélis, quia in pauca

fuisti fidélis, supra multa te
constituam, intra in gá-
litia cólimus, étiam actiōnes
imitémur. Per Dóminum.

IN VESPERIS

V. Adducéntur Regi Vírgi-
nes post eam. R. Próxi-
mæ eius afferéntur tibi.

Ad Magnif. ant. Prudé-
ntes Vírgines, * aptáte ve-
stras lámpades: ecce Spon-
sus venit, exite óbviam ei.
dium Dómini tui.

V. Iustum dedúxit Dómi-
nus per vias rectas. R. Et
osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Deus, qui nos beáti Aléxii
Confessóris tui ánnua
solemnité lètificas: concé-
de propitiós; ut, cuius nata-

Die 20 iulii

SANCTI ELIAE

Prophetæ, Ducis ac Patris Nostri

IN I VESPERIS

Antiphona i
Elo zelatus sum *
pro Dómino Deo
exercituum, quia
dereliquerunt pa-
ctum tuum filii Israel.

Psalmi de dominica 754 sed,
loco ultimi, dicitur ps. 147
Lauda, Ierúsalem 759.

2 Usquequo claudicatis *
in duas partes? Si Dóminus
est Deus, sequímini eum.

3 Si homo Dei sum, * de-
scéndat ignis de cælo, et dévo-
ret te, et quinquaginta tuos.

4 Non ego * turbávi Is-
rael, sed tu et domus patris
tui, qui dereliquistis man-
dáta Dómini.

5 Occidisti, * insuper et
possedisti. Ecce ego indú-
cam super te malum, et
démetam posteriòra tua.

Capit. Eccli. 48, 1-2
Surréxit Eliás Prophéta
S quasi ignis, et verbum
 ipsius quasi fácula ardébat.
 Qui induxit in pôpulos fa-
 mem et irritantes illum in-
 vídia sua pauci facti sunt.

Hymnus
Nunc iuvat celsi prope-
 nráre ad alta
 Mente Carméli iuga, et ore
 pleno

Vatis Eliæ méritos référre
 Laudis honóres.

Hic sacri est ductor, cólu-
 men, decúsque
 Ordinis, cuius sóboles ab
 ortu
 Usque ad occásum bene
 prosperáta
 Crevit in orbe.

Dum fames terras préme-
 ret, ministro
 Utitur corvo; víduæ farínam
 Súfficit sollers, oleóque ma-
 nat

Hýdria pingui.
 Hic, Deo fusis précibus,
 redúctum
 Finibus mortis púerum pa-
 ráenti
 Reddit, orándo valet expe-
 titam

Réddere lucem.
 Claudit et nubes, aperit
 que verbo,
 Imperat post tres prope-
 ránter annos

Décidant cælo, sitiénsque
 tellus
 Háuriat imbræ.

Sit Patri summo, genité-
 que Proli,
 Et tibi compar, utriúsque
 Sancte
 Spiritus, laus, impérium,
 potéstas,
 Tempus in omne.
 Amen.

v. Verbo Dómini contí-
 nuit cælum. R. Et deiécit
 de cælo ignem ter.

Ad Magnif. ant. Ecce ego
 * mittam vobis Eliam Pro-
 phétam, ántequam véniat
 dies Dómini magnus et hor-
 ribilis: et convértet cor pa-
 trum ad filios, et cor filio-
 rum ad patres eórum.

Oratio

Præsta, quássumus, omní-
 potens Deus: ut, qui
 béatum Eliam Prophétam
 tuum et Patrem nostrum
 igneo curru mirabiliter ele-
 vatum esse crédimus; eódem
 interveniente, ad cælestia
 sublevémur, et Sanctórum
 tuórum consórto gaudeá-
 mus. Per Dóminum.

Complet. de dominica 759.

AD MATUTINUM

Invit. Regem Prophetá-
 rum Dóminum, * Venite,
 adorémus.

Ps. 94 Venite, exsultémus 2.

Hymnus
Te, magne rerum Cón-
 ditor,
 Mens nostra gliscit láudi-
 bus,
 In hoc Thesbítæ máximo,
 Quem diligis, extóllere.
 Hic namque sacri nóminis
 Tui zélátor pròvocat
 Vates Baal nequissimos,
 Victósque iure intérficit.
 Illo precánte, víctimas
 Absúmit ignis cælitus:
 Hi perstrepéntes áriter
 Sunt ómnibus ludibrio.

Tum Iezabélis ímpia
 Vitans furórem nóxiūm,
 Sub iunípero dòrmiens,
 Adésse cernit Angelum.

Panem sibi qui próferens
 Lymphámque, iussit pèrgere
 Cibo reféctum strénue
 Ad montis Horeb vérticem.

Hoc in cibo ieínum
 Tilit quadragenárium;
 Hac vi dapes sunt prædítæ,
 Quas dextra Dei pórigit.

Omnis tibi sit glória,
 Verbum, Pater, Paráclite,
 Inseparáta Trinitas,
 Quæ condidisti ómnia.

Amen.

In I Nocturno

Ant. 1 Factum est au-
 tem, * ut ægrotáret fílius
 mulieris matris familiás, et
 erat languor fortíssimus.

Psalmi de communi Con-
 fessoris non Pontificis

Ant. 2 Dixit muller * ad
 Eliam: Quid mihi et tibi,
 vir Dei? Ingréssus es ad
 me, ut rememoraréntur ini-
 quítatés meæ, et interfíce-
 res fílium meum?

Ant. 3 Ait Eliás * ad ví-
 duam: Da mihi fílium tu-
 um. Et clamávit ad Dómi-
 num, et revíxit puer.

v. Verbo Dómini contí-
 nuit cælum. R. Et deiécit
 de cælo ignem ter.

De libro tértio Regum
 Lectio i 17, 1-22

Dixit Eliás Thesbítæ
 de habitatóribus Gá-
 laad ad Achab: Vivit
 Dóminus Deus Israel, in
 cuius conspéctu sto, si erit
 annis his ros et pluvia, nisi
 iuxta oris mei verba. Et fa-
 ctum est verbum Dómini
 ad eum, dicens: Recéde hinc,
 et vade contra Oriéntem, et
 abscóndere in torrénte Ca-
 rith, qui est contra Iordá-
 nem, et ibi de torrénte bi-
 bes: corvísque præcépi, ut
 pascant te ibi. Abiit ergo,
 et fecit iuxta verbum Dó-
 mini. Cumque abiisset, se-
 dit in torrénte Carith, qui
 est contra Iordánem. Corvi
 quoque deferébant ei pa-
 nem et carnes mane, simí-
 liter panem et carnes vé-
 spere, et bibébat de tor-
 rénte. Post dies autem sic-
 cátus est torrens; non enim

pluerat super terram. Factus est ergo sermo Dómini ad eum, dicens: Surge, et vade in Sarépta Sidoniórum, et manébis ibi; præcépi enim ibi mulieri vídua ut pascat te.

R. Recéde hinc, et vade contra Oriéntem, dixit Dóminus ad Elíam. * Qui ábiit, et fecit iuxta verbum Dómini. V. Abscóndere in torrénte Carith, et ibi de torrénte bipes: corvísque præcépi, ut pascant te ibi. - Qui.

Lectio ii

Surréxit, et ábiit in Sa-répta. Cumque venisset ad portam civitatis, appáruit ei muller vídua colligens ligna, et vocávit eam, dixitque ei: Da mihi páululum aquæ in vase, ut bibam. Cumque illa pérgeret ut afférret, clamávit post tergum eius, dicens: Affer mihi, óbsecro, et buccéllam panis in manu tua. Quæ respóndit: Vivit Dóminus Deus tuus, quia non hábeo panem, nisi quantum pugillus cápere potest farinæ in hýdria, et páululum ólei in lécytho: en colligo duo ligna, ut ingrédiar et fáciam illum mihi et filio meo, ut comedámus, et moriámur. Ad quam Elías ait: Noli timére, sed vade, et fac sicut dixisti: verúntamen mihi

primum fac de ipsa fari-nula subcinericum panem párvulum, et affer ad me: tibi autem et filio tuo fácies póstea. Hæc autem dicit Dóminus Deus Israel: Hý-dria farinæ non defíciat, nec lécythus ólei minuétur usque ad diem, in qua Dóminus daturus est pluviam super fáciem terræ. Quæ ábiit, et fecit iuxta verbum Elíæ: et comédit ipse, et illa, et domus eius: et ex illa die hýdria farinæ non defécit, et lécythus ólei non est imminutus iuxta verbum Dómini, quod locútus fuerat in manu Elíæ.

R. Abiit muller, et fecit iuxta verbum Prophétæ: * Et comédit ipse, et illa, et domus eius. V. Ex illa die hýdria farinæ non defécit, et lécythus ólei non est imminutus, iuxta verbum Elíæ.

- Et.

Lectio iii

Factum est autem post hæc, ægrotávit filius mulieris matrisfamilias, et erat languor fortissimus, ita ut non remaneret in eo hálitus. Dixit ergo ad Elíam: Quid mihi et tibi, vir Dei? Ingrés-sus es ad me, ut rememora-rentur iniquítates meæ, et interfíceres filium meum? Et ait ad eam Elías: Da mihi filium tuum. Tulítque

eum de sinu eius, et portávit in cenáculum ubi ipse manébat, et pósuit super lécitulum suum. Et clamávit ad Dóminum, et dixit: Dómine Deus meus, etiámne víduam, apud quam ego utcúnque susténtor, afflxísti, ut interfíceres filium eius? Et expándit se, atque mensus est super puerum tribus vícibus, et clamávit ad Dóminum, et ait: Dómine Deus meus, revertá-tur, óbsecro, ánima pueri huius in víscera eius. Et exaudívit Dóminus vocem Elíæ: et revérsa est ánima pueri intra eum, et re-víxit.

R. Revérsa est ánima pueri intra eum, et revíxit; et trádidit matri suæ, et ait illi: * En vivit filius tuus. V. Tulit Elías puerum, et depósuit eum in inferiórem domum, dicens. - En. - Glória Patri. - En.

In II Nocturno

Ant. 4 Factum est * verbum Dómini ad Elíam, dicens: Vade, et osténde te Achab, ut dem pluviam super fáciem terræ.

Ant. 5 Ait Elías * ad Achab: Ascénde, cómede, et bibe; quia sonus multæ pluviae est.

Ant. 6 Manus Dómini * facta est super Elíam, ac-cinctisque lumbis currébat ante Achab, donec veníret in Iézrael.

V. Tu ungis Reges ad pænitentiam. R. Et Prophétas facis successóres post te.

Ex libro sancti Epiphánii Episcopi

De Vitis Prophetarum

Lectio iv

Elias Prophéta, ex Thes-bis exsistébat e conti-nénte Arabum, de tribu Aaron Levita. Morabá-tur autem in Gálaad, quóniam Thesbis erant aedes sacerdótibus consecrátæ ac destinátæ. Quem cum eni-teréatur parens eius, eiúsmodi Sobac patri visio appá-ruit. Viri níveum quemdam præseferéntes hábitum, pu-siónem salutábant, matrísque ubéribus in ignem evel-lébant; quin et flammam ignis, cibi loco, ministrábant. Profectus est itaque génitor in Ierúsalem, vísa-que ad sacerdótes rétulit. Respóndit autem illi Chres-matísmus, hoc est Orácu-lum, sive Respónsor: Cave maniféstum fáciás; erit quip-pe lumen filii huius domi-cílium, sermóque eius de-monstrátió ac senténtia, et iudicábit Israel cum in igne, tum rhomphæa. Hic est ille Elías, qui ter ignem e cælo dedúxit, quique imbrem sua lingua gestávit, mórtuos item suscitávit, et in cælum dé-nique nimbo seu túrbine ignis assúmptus est.

R. Ait Abdias ad Eliam: Cum recéssero a te, Spíritus Dómini asportábit te in locum quem ego ignóro; et tu dicens: * Dic domino tuo: Adest Elias. V. Dixit Elias: Vivit Dóminus exercituum, ante cuius vultum sto, quia hódie apparébo ei. - Dic.

Ex libro sancti Isidóri
Episcopi

De vita et morte Sanctorum
Lectio v

Elias, qui interpretátur Dóminus Deus, Thesbites, Sacérdos magnus atque Prophéta, habitátor solitudinis, fide plenus, devotióne summus, in labóribus fortis, indústria sollers, excellénti ingénio præditus, in exercitatiōne disciplinæ rectus, in sancta meditatiōne assíduus, metúque mortis intrépidus. Verberávit tyránnos, sacrilegos interfécit, multisque signis virtutum effúlsit. Triennii siccitaté clausit ímbribus cælum. Orávit rursum, et cælum dedit pluvias. Mórtuum mulieris filium suscitávit. Cuius virtute hýdria farinæ non defécit, et vas ólei perpétuo fonte manávit. Cuius verbo super sacrificium ignis de cælo venit. Duos quinquagenários cum militibus cælesti igne combússit. Iordánem tránsiens, tactu melótis abrúpit aquas.

R. Cum venísset Elias ad portam civitatis, appáruit ei muller vídua, colligens ligna; et vocávit eam, dixítque ei: * Da mihi páululum aquæ in vase, ut bibam. V. Cumque illa pérgeret ut afférret, clamávit post tergum eius, dicens: Affer mihi, óbsecro, et buccéllam panis in manu tua. - Da.

Lectio vi

Post hæc igneo curru in cælum raptus ascéndit, venturus, iuxta Malachiam Prophétam, in fine mundi præcursurus Christum, annuntiaturus ultimum eius advéntum cum magnis virtutibus prodigiisque signorum, ita ut bellum gerat Antichristus advérsus eum et Henoch, qui cum eo venturus est, et occidet eos. Cadávera vero eorum tribus diébus et sex horis in platiis insepta iacébunt. Dehinc suscitati a Dómino, regnum Antichristi plaga magna percútient. Post hæc véniat Dóminus, et interficiet Antichristum gládio oris sui, et eos qui adoravérunt eum, et regnábit Dóminus cum ómnibus Sanctis suis in æternum.

R. Expándit se, atque mensus est Elias super puerum tribus vicibus, et clamávit ad Dóminum: * Et exaudiuit Dóminus vocem Eliæ. V. Dómine Deus meus, revertátur, óbsecro, ámna pueri huius in víscera eius. - Et. - Glória Patri. - Et.

In III Nocturno
Ant. 7 Dixit Elias * prophétis Baal: Eligite vobis bovem unum, et invocáte nómina déorum vestrórum. Qui clamábant, et non erat qui respondéret.

Ant. 8 Cum iam tempus esset * ut offerréatur holocáustum, accédens Elias, orávit ad Dóminum.

Ant. 9 Oránte Eliás, * cécidit ignis Dómini, et vorávit holocáustum, et ligna, et lápides, púlerum quoque, et aquam, quæ erat in aquaductu, lambens.

V. Beáti sunt, qui te viderunt. R. Et in amicitia tua decoráti sunt.

Lectio sancti Evangélii
secundum Lucam

Lectio vii 9, 28-36

In illo tempore: Assumpsit Jesus Petrum, et Iacobum, et Ioánnem, et ascéndit in montem ut oráret. Et facta est, dum oráret, spécies vultus eius altera. Et reliqua.

Homilia sancti Ioánnis
Chrysóstomi

Homilia 57 in Matth.

Cuius autem rei grátia Móysen et Eliam produxit? Multas quidem dicere quis causas posset. Primum, quóniam et turbæ

álii Eliam, álii Ieremiam, álii priscórum Prophetárum unum opinabántur; idcirco Móysen et Eliam ceterórum Prophetárum vértices prodúcit, ut quam magnum sit inter servos et Dóminum discrimen oculis cérnerent, utque recte laudátum créderent Petrum, qui Fílium Dei eum conféssus est. Deinde, quóniam assidue quasi transgressórem legis Iudæi accusábant, et blasphemáre putábant, quasi glóriam Patris nihil ad eum pertinéntem vindicáret. Dicébant enim: Hic non est a Deo, quia sábbatum non servat. Et rursus: De bono opere non lapidámus te; sed quia cum sis homo, Deum te facis; ut ipsa re monstráretur, quia ex invídia hæc criminabántur, quia neutri horum críminum subiceré tur, nec legis prævaricátor esset, nec alienam glóriam sibi acquireret, æqualem se Patri faciéndo, eos produxit in médium, quorum altériter in altéutra istárum rerum præfúlsit. Móysi enim legem dedit: quare non fuisset passus Móyses conculcari legem, ut Iudæi credebant; nec prævaricatórem eius, et legum latóris hostem, lator ipse umquam coluisse. Elias autem pro glória Dei zelávit: quare

non astitisset ei, qui aequálem se Patri dicébat, si non esset: nec paruisset illi, qui sibi quod non habéret vindicáret.

R. Ait Elías nuntiis regis Samariæ: Numquid non est Deus in Israel, ut eatis ad Beélzebub? Quam ob rem hæc dicit Dóminus: * De léctulo super quem ascendi, non descendés, sed morte moríeris. V. Réversi nunti ad Ochoziam, dixerunt: Vir occurrít nobis, dicens: Ite et revertimini ad regem, et dicétis ei. - De léctulo.

Lectio viii

Ad hæc ómnia illud étiam A pòssimus dícere, ut tam mortis quam vitæ habére potestatèm líquido ac vere crederéut, utque supernórum et infernórum Dóminus ostenderéut: idcirco Móysen iam mórtuum, et Eliam qui nondum id passus est, in médium prodúxit. Quartam vero causam Evangelista quoque ipse tégit. Quænam igitur illa est? Ut crucis glóriam osténdat, et tam Petrum quam réliquos, qui passionem formidábant, consolaréut et ad sublímius erigeret. Non enim tacébant, inquit, sed loquebántur de glória, quam completúrus erat in Ierúsalem, de cruce vidélicet ac

passióne; sic enim ipsam semper appellabant.

R. Factum est, dum tólleter Dóminus Eliam per túrinem in cælum: * Eliséus clamábat, dicens: Pater mi, pater mi, currus Israel, et auriga eius. V. Cumque pérgerent, et incedéntes sermocinaréntur, ecce currus igneus et equi ignei divisérunt utrúnque: et ascéndit Elías per túrinem in cælum. - Eliséus. - Glória Patri. - Eliséus.

Lectio ix

Accédit ad hæc ómnia virtus quoque virórum singuláris atque præcipua, quam máxime a discípulis flagitábat. Nam quóniam dixit: Si quis vult post me venire, tollat crucem suam, et sequátur me: hac de causa eos qui cénties pro Dei præceptórum custódia, et pòpuli qui sibi créditus fúerat mortem suscepíssent, in médium prodúcit: quorum utérque cum ánimam perdíderit, invénit eam. Atque sane magna libertaté advérsus tyránnos locuti sunt, alter advérsus Aegyptum, alter advérsus Achab: et quod magnum est pro ingratis homínibus et inobediéntibus, a quibus in attrócia pericula compulsi sunt: qui etsi priváti, ac absque potestaté fúerant,

propósitum tamen habué- runt ab idolórum cultu pò- pulum eripere: quorum al- ter tardus lingua et voce tenuis, alter étiam álquo modo rustícor, et utérque sæculárum divitiárum appríme contémptor. Nam ne- que Móyses quidquam pos- sidébat, nec Elías præter melótēm álquid habébat, præsértim cum véteres es- sent, nec tanta gráta signó- rum pollérent.

Te Deum laudámus 7.

AD LAUDES
et per Horas

Ant. I Elías, * dum zelat zelum legis, recéptus est in cælum.

Psalmi de dom. I loco 732.

2 Factum est autem * cum leváre vellet Dóminus Eliam per túrinem in cælum, ibant Elías et Eliséus de Gálgalis.

3 Tulit Elías * pállium suum, et percussit aquas, et divísæ sunt, et transiérunt ambo per siccum.

4 Cum Elías * et Eliséus pérgerent, et incedéntes sermocinaréntur, ecce currus igneus et equi ignei divi- séront utrúnque.

5 Ascéndit Elías * per túrinem in cælum; Eliséus autem vidébat et clamábat: Pater mi, currus Israel, et auriga eius.

Capit. Eccli. 48, 1-2
Surréxit Elías Prophéta quasi ignis, et verbum ipsius quasi fácula ardébat. Qui indúxit in pòpulos famem et irritantes illum in- vídia sua pauci facti sunt.

Hymnus

Pergámus, sòci, tóllere canticis
Thesbitæ eximii Vatis in æthera
Res gestas hilares: nam de- cet hodie

Nostrí nos mémores Ducis.
Audívit Dómini verba re- cóndita,

Auræ sub tenuis mûrmure sibili,
Iussus sævítiam Iézabel ím- probæ

Atque Achab scélera ínsequi.
Succinctus túnica pellícea latus,
Carmelique hábitans antra viréntia,
Prædictus mítans tristia fú- neia

Regi Ochoziæ ímpio.

Huius bis præcibus ignis ab æthere
Absórpsit véniens, flamma- que milites;
Findit dein proprio flúmina pállio,

Et sicco pede præterit.
Nos numquam auxiliū destiuitas, Pater,
Optatúsque tuus perpétuo favor,

Nobis quin pótius múnera
Spíritus
Augéri prece póstula.
Laus Patri ingénito, súm-
maque glória
Sit semper, génito laus quo-
que Filio;
Necnon par tibi sit, inclyte
Spíritus,
Simplex únaque Trinitas.
Amen.

V. Elías in túrbine tectus
est. R. Et in Eliséo com-
plétus est spíritus eius.

Ad Bened. ant. Elías *
homo erat símilis nobis pas-
sibilis; et oratióne orávit ut
non plúret super terram,
et non pluit annos tres et
menses sex. Et rursum orá-
vit, et cælum dedit pluviam,
et terra dedit fructum suum.

Oratio

Præsta, quæsumus, omni-
potens Deus: ut, qui
beátum Elíam Prophétam
tuum et Patrem nostrum,
ígneo curru mirabiliter ele-
vatum esse crédimus; eó-
dem interveniente, ad cæ-
lestia sublevémur, et San-
ctórum tuórum consórtio
gaudeámus. Per Dóminum.

Ad Horas psalmi de domini-
ca, ad Primam tamen ut in
festis.

AD TERTIAM

Capitulum Surrexit Elías, ut
supra ad Laudes 1816.

R. br. Verbo Dómini
* Continuit cælum. - Ver-
bo. V. Et deiécit de cælo
ignem ter. - Continuit. -
Glória Patri. - Verbo.

V. Tu ungis Reges ad
pænitentiam. R. Et Pro-
phétas facis successóres post
te.

AD SEXTAM

Capit. Eccli. 48, 3-4

Verbo Dómini continuit
cælum, et deiécit de
cælo ignem ter. Sic ampli-
ficatus est Elías in mirabí-
libus suis.

R. br. Tu ungis Reges
* Ad pænitentiam. - Tu.
V. Et Prophétas facis suc-
cessóres post te. - Ad. -
Glória Patri. - Tu.

V. Beáti sunt qui te vi-
dérunt. R. Et in amicitia
tua decoráti sunt.

AD NONAM

Capit. Eccli. 48, 5 et 10

Tu sustulisti mórtuum ab
inferis de sorte mortis
in verbo Dómini Dei. Qui
inscríptus es in iudiciis témo-
porum lenire iracündiam
Dómini.

R. br. Beáti sunt * Qui
te vidérunt. - Beáti. V. Et
in amicitia tua decoráti sunt.
- Qui. - Glória Patri. -
Beáti.

V. Elías in túrbine tectus
est. R. Et in Eliséo com-
plétus est spíritus eius.

IN II VESPERIS

Antiphonæ et capitulum ut
supra ad Laudes 1758.

Psalmi de dominica 754 sed,
loco ultimi, dicitur ps. 147
Lauda, Ierúsalem, Dóminum

Capit. Eccli. 48, 1-2

Surrexit Elías Prophéta
quasi ignis, et verbum
ipsius quasi fácula ardébat.
Qui induxit in pópolos fa-
mem et irritantes illum in-
vídia sua pauci facti sunt.

Hymnus

Audiat miras oriens ca-
dénisque

Sol tuas laudes, mare, terra,
et aer,

Ordinis nostri cólumen,
tuæque

Glória gentis.

O iubar cæli rádiis decó-
rum,

O potens signis, meritisque
felix,

Quem Deus gestis adhibére
suévit

Grándibus olim!

Te triumphali super alta
curru

Igneis vectum céleres qua-
drigis

Angeli attollunt, nímium co-
rúscas

Luce micántem.

Único æterni Patris ad-
fuisti

Filio testis; sócius fidélis

Móysis, in summo pósitus
Thabórís

Vértice montis.
Nos tui præsens clípeo
favoris,

Patris et mira pietate fretos,
Líberos dextra pétimus be-
nígna

Prótege semper.
Sit Patri summo, genitá-
que Proli,

Et tibi, compar utriúsque
Sancte

Spíritus, laus, impérium,
potéstas,

Tempus in omne.
Amen.

V. Beáti sunt qui te vi-
dérunt. R. Et in amicitia
tua decoráti sunt.

Ad Magnif. ant. Tulit
Elías * pállium suum, et
percussit aquas Iordánis,
quæ divisæ sunt in utrám-
que partem, et transiérunt
ipse et Elíséus per siccum:
et ascéndit Elías per túrbí-
nem in cælum.

Oratio

Præsta, quæsumus, omni-
potens Deus: ut, qui
beátum Elíam Prophétam
tuum et Patrem nostrum,
ígneo curru mirabiliter ele-
vatum esse crédimus; eó-
dem interveniente, ad cæ-
lestia sublevémur, et San-
ctórum tuórum consórtio
gaudeámus. Per Dóminum.
Comple. de dominica 759.

Die 23 iulii

In Festo

B. Mariæ Virginis omnium Gratiarum Mediaticis

Omnia de communi festo-
rum B. Mariæ Virg. 1166,
preter ea quæ hic habentur
propria.

AD MATUTINUM

Invit. Christum Redem-
ptorem, qui bona ómnia
nos habére voluit per Ma-
riam, * Veníte, adorémus.

Ps. 94 Venite, exsultémus 2.

Hymnus

Christus, humáni géneris
misératus,
Morte nos ictos mérita, su-
péram
Rursus ad vitam génuit,
suóque

Sánguine tersit.

O pium flumen, scelus
omne purgans!

O inexháustum pélagus bo-
norum,
Unde septéno fluit usque
fonte,

Vita salúisque!

Hos tamen sacros lálices
redémptis

Quis ministrábit? Datur hoc
Maríæ

Munus, ut divæ moderérut
undæ,

Arbitra, cursum.

Cuncta, quæ nobis méritus
Redémptor,

Dona partitúr Génatrix Ma-
ría,

Cuius ad votum sua fundit
ultra

Múnera Natus.

Te per ætérnos veneré-
mur annos,
Trinitas, summo celebránda
plausu:
Te fide mentes, resonóque
linguæ
Cármine laudent. Amen.

In I Nocturno

Ant. 1 Fons hortórum, *
púteus aquárum vivéntium,
quæ fluunt ímpetu de Li-
bano.

Ant. 2 Manus meæ * stil-
lavérunt myrrham, et dígiti
mei pleni myrrha probatis-
sima.

Ant. 3 Vadam ad montem
* myrrhæ, et ad collem
thuris.

V. Sub tuum præsidium
omnes confúgimur. R. Sancta
Dei Génetrix.

De libro Ecclesiástici

Cap. 24, 5-11

Lectio i

Ego ex ore Altissimi
prodívi, primogénita
ante omnem creatú-
ram: ego feci in cælis ut
oríre tur lumen indeficiens,
et sicut nébula texi omnem
terram. Ego in altissimis
habitávi, et thronus meus
in colúmna nubis. Gyrum
cæli circuivi sola, et profún-
dum abýssi penetrávi, in
flúctibus maris ambulávi, et

in omni terra steti et in
omni pôpulo, et in omni
gente primátum hábui: et
ómnium excelléntium et hu-
miliúm corda virtúte cal-
cávi: et in his ómnibus ré-
quiem quæsívi, et in here-
ditáte Dómini morábor.

R. In Sion firmáta sum,
et in civitáte sanctificáta si-
militer requiévi, et in Ierú-
salem potéstas mea. * Et
radicávi in pôpulo honorifícato, et in parte Dei mei
heréditas illíus, et in plenitúdine sanctórum détentio
mea. V. Sicut cinnamó-
num et bálsamum aromati-
zans odórem dedi: quasi
myrrha élæcta dedi suavitá-
tem odóris. - Et radicávi.

Lectio ii Ib. 22-31

Ego quasi terebínthus ex-
tendi ramos meos, et
rami mei honóris et grátiaæ.
Ego quasi vitis fructificávi
suavitátem odóris: et flores
mei fructus honóris et ho-
nestatís. Ego mater pulchræ
dilectionis, et timóriss, et
agnitionis, et sanctæ spei.
In me grátia omnis viæ et
veritatis, in me omnis spes
vitæ et virtutis. Transite ad
me omnes qui concupiscí-
tis me, et a generatióibus
meis implémin. Spíritus
enim meus super mel dul-
cis, et heréditas mea super
mel et favum. Memória mea
in generatiónes sæculórum.
Qui edunt me, adhuc esú-
rient: et qui bibunt me,

adhuc sítient. Qui audit me,
non confundéntur: et qui
operántur in me, non pec-
cábunt. Qui elúcident me,
vitam ætérnam habébunt.

R. Mecum sunt divitiae
et glória, opes supérbae et
iustitia: * Mélior est enim
fructus meus auro et lápide
pretiosi, et genímina mea
argénto électo. V. In viis
iustitiae ámbulo, in médio
semitárum iudíci, ut ditem
diligentes me, et thesáuros
eórum répleam. - Mélior.

Lectio iii Ib. 41-46

Ego quasi trames aquæ
imménsæ de flúvio, ego
quasi fluvii dióryx, et sicut
aquædúctus exívi de para-
diso. Díxi: Rigábo hortum
meum plantatiónum, et in-
ebriábo prati mei fructum.
Et ecce factus est mihi tra-
mes abúndans, et flúvius
meus appropinquávit ad ma-
re: quóniam doctrinam quasi
antelucánum illúmino óm-
níbus, et enarrábo illam
usque ad longínquum. Pe-
netrábo omnes inferiores
partes terræ, et inspíciam
omnes dormientes, et illu-
minábo omnes sperantes in
Dómino. Adhuc doctrinam
quasi prophetiam effúndam,
et relinquam illam querénti-
bus sapiéntiam, et non dé-
sinam in progénies illórum
usque in ævum sanctum.

R. In me grátia omnis
viæ et veritatis, in me om-
nis spes vitæ et virtutis:

* Transite ad me omnes qui concupiscitis me, et a generationibus meis implémuni. *V.* Spíritus enim meus super mel dulcis, et hereditas mea super mel et favum. - Transite. - Glória Patri. - Transite.

In II Nocturno

Ant. 4 Hábit grátiam * et misericórdiam coram Rege super omnes mulieres.

Ant. 5 Pete, mater mea; * neque enim fas est ut avértem fáciem tuam.

Ant. 6 Tu ínvoca Dóminum, * et lóquere Regi pro nobis, et libera nos de morte.

V. Nostras deprecationes ne despícias. *R.* In necessitáibus nostris.

Oratio sancti Ephræm Syri Diaconi ad Deiparum

Lectio iv

Dómina mea, sanctissima Dei Génetrix et grácia plena, pélagus inexháustum divinárum secretaríumque largítionum ac múnnerum, bonórū ómnium erogátió, ómnium post Trinitátem Dómina, post Paráclitum álius consolátor, et post Mediátorem Mediátrix totius mundi, vide meam fidem meúmque desidérium divínitus datum. Ne despícias indígnum, neque meárum actiónum foeditates tuam imménsam misericórdiam interrúmpant, Dei Génetrix, meum desiderabilissimum nomen; nihil

enim est firmitas trophéum quam tuum auxílium. Tu enim abstulisti omnes lácrimas a fácie terræ; tu creatúram replésti omni género beneficii, cælestibus lætitiam attulisti, terréstria salvásti. Per te resurrectionis nostræ tésseram certissimam tenémus; per te cælestē regnum nos consecuturos esse sperámus; per te omnis glória, honor et sánctitas ab ipso primo Adam et usque ad consummationem séculi Apóstolis, Prophétis, iustis et humilibus corde, sola imáculata, deriváta est, derivátur et derivabitur; atque in te gaudet, grácia plena, omnis creatúra.

R. Ecce Dóminus meus ómnia mihi trádidit, * Nec quidquam est quod non in mea sit potestáte, vel non tradíderit mihi. *V.* Fecit mihi magna, qui potens est, et sanctum nomen eius. - Nec.

Sermo sancti Germáni Episcopi Constantinopolitáni
Oratio 9 post medium

Lectio v

Nos, qui divinórum óperum morúmque páuperes sumus, dum per te, o María, nobis exhibitas benigntatis divítias cérimus, propéne dicámus: Misericórdia Dómini plena est terra. Nos, in multitúdine peccatórum a Deo extóres, per te Deum quæsivimus et

invénimus, inventóque salvi facti sumus. Igitur potens ad salútem præstándam auxílium tuum, o Dei Génetrix, ac eiúsmodi, ut nullum álium mediátorem necessárium hábeat ad Deum. Plane enim nullus tuæ magnificéntiae finis; insatiabilis opitulatio tua. Nullus múnnerum tuórum númerus est. Nullus enim, nisi per te, o sanctissima, salútem conséquitur. Nullus, nisi per te, o immaculatissima, qui a malis liberéatur. Nullus, nisi per te, o castíssima, cui donum indulgeátur. Nullus, nisi per te, o honoratíssima, cui grátiæ munus misericórdia præstetur. Quam-óbrem, quis te beátam non prædicábit? Te, inquam, gloriósam, te beatificádam, te, quæ ab ipso Filio tuo ac Deo magnália nacta sis, uti magna et admiranda: quam-óbrem te laudant omnes generatíones.

R. Præpósta ómnibus, gubérnat crétitam sibi domum et univérsa, quæ ei sunt trádita. * Absque eius império non movébit quisquam manum aut pedem in omni terra. *V.* Benedicció nem ómnium géntium dedit illi Dóminus, et testaméntum suum confirmávit super caput eius. - Absque.

Sermo sancti Bernárdi Abbátis

In Nativitate B. Mariæ V., n. 6

Lectio vi

Intuere, o homo, consílium Dei, agnósce consílium sapiéntiæ, consílium pietatis. Cælesti rore áream rigatúrus, totum vellus prius infúdit: redempturus humánum genus, prétium universum cónsulit in Mariam. Ut quid hoc? Forte, ut excusárétur Heva per filiam, et queréla viri advérsus féminalam deinceps sopiréatur. Ne dixeris ultra, o Adam: Múlier, quam dedísti mihi, dedit mihi de ligno vétito; dic pótius: Múlier quam dedísti mihi, me cibávit fructu benedicto. Piissimum sane consílium; sed latet fórsitan áliud, nec totum hoc est. Altius ergo intueámini quanto devotionis afféctu a nobis eam voluerit honorári, qui totius boni plenitúdinem pósuit in María; ut profinde, si quid spei in nobis est, si quid grátiæ, si quid salútis, ab ea novérimus redundare. Totis ergo medullis córdium, totis præcordiòrum afféctibus et votis ómnibus Mariam hanc venerémur: quia sic est volúntas eius qui totum nos habére voluit per Mariam. Hæc, inquam, volúntas eius est, sed pro nobis.

R. Laudáte Dóminum,
Deum nostrum, qui non
deseruit sperantes in se:
* Et in me, ancilla sua,
adimplévit misericordiam
suam, quam promisit dómui Israel. V. Deus exal-
tavit me, ut salvos fáceret
multos pöpulos. - Et in me.
- Glória Patri. - Et in me.

In III Nocturno

Ant. 7 Si invéni gratiā
* in oculis tuis, o Rex, dona
mihi pöpulum meum, pro
quo óbsecro.

Ant. 8 Benedicta es tu *
præ ómnibus muliéribus su-
per terram, quia subvenisti
ruinæ ante conspectum Dei
nostrí.

Ant. 9 Dominare nostri, *
tu, et Filius tuus: quia li-
berasti nos de manu inimi-
ciorum nostrorum.

V. A periculis cunctis lí-
bera nos semper. R. Virgo
gloriósa et benedicta.

Léctio sancti Evangélii
secundum Ioánnem

Lectio vii 19, 25-27

In illo tempore: Stabant
iuxta crucem Iesu mater
eius, et soror matris eius
Maria Cléophæ, et Maria
Magdaléne. Et reliqua.

Homilia sancti Bernardíni
Senensis

Quadragesimale de Christiana
Religione, sermo 51 de Pas-
sione Domini, part. 2, art. 1,
cap. 3.

Pulsántur admiratioñe
ómnium legéntium si-
ve audiéntium men-
tes, scilicet quo motu, quo
sensu, qua possibilite, qua
vera auctoritate, ista dicún-
tur, quod discípulus tránseat
in filium Vírginis, et Virgo
hábeat purum hóminem fi-
lium, quem non génuit; sic
nec quod sit filius ex Vír-
gine, qui de corrúptis pa-
réntibus natus erat ex sé-
mine. Impossibilia quidem
vidéntur hæc, sed nihil im-
possibile apud Deum. Pie-
tate quidem et oratioñe opus
est, ad ingrediéndum tale
mystérium. Múlier enim
beáta Virgo vocátur a Chri-
sto, quam numquam appellávit ex vócibus matrem.
Múlier, et non múlier; sed
super ángelos, et hómines,
et mulieres superexcédens
múlier. Accépit a Filio,
quem cum ætérno Patre
únicum possidébat, filium
præter ventrem, quem ante
in carne habébat ipsa ne-
potem.

R. Facta est María refú-
gium páuperi, * Adiútrix
in opportunitáibus, in tri-
bulatione. V. Virgo potens
sicut turris David: mille
clípei pendent ex ea, omnis
armatúra fórtium. - Adiú-
trix.

Lectio viii

Sed in quo filiationis gé-
nere Ioánnes Vírginis fa-
ctus est filius, aut eius ma-
ter facta est Virgo? Non

1
2
3
4
5

hoc natúra favet, non con-
céptus, non partus exséqui-
tur, non ingrëssus in úte-
rum ut dénuo nascerétur,
non adóptio pro hereditáte
in temporálibus consequénda,
nec ex imitatioñe, aut
ex proláta doctrina. Nec ista
dissérenda erant verbo Chri-
sti: nec facta est locútio ut
sit quasi, sed sic a Christo
légimus dictum: Múlier,
ecce filius tuus; ut, exclusa
omni superfluitate verbó-
rum, secrétum mystérii pe-
netrémus. Mýstice igitur in-
tellégimus in Ioánnē omnes
ánimas electórum, quorum
per dilectionem beáta Virgo
facta est mater; filius enim
in græco nomen amoris est.
Omnis enim Christi amor
in amore Virginis transit,
ut mérito filius, id est, amor
Virginis nuncupéatur, mag-
isque Virginem hábeat ma-
trem, quam illam, quæ il-
lum ex peccato damnátum
mundo, suscépto sémine, ge-
nerávit.

R. Adeámus cum fidúcia
ad thronum gratiæ, * Ut
misericordiam consequá-
mur, et gratiā inveniá-
mus in auxilio opportuno.
V. Ad te, Virgo, suspirá-
mus, geméntes et flentes
in hac lacrimárum valle. -
Ut. - Glória Patri. - Ut.

Lectio ix

Mutátur hæc matérnitas
et filiatio ex auctorita-
té verbórum Christi in
cruce pendéntis. Propterea
natúra transit in gratiæ,

et gratiæ nobilitat profécto
natúram; non quod una in
álteram commutetur, sed
quia natúra ex gratiæ perfí-
cit. Mala múlier Heva
corruptioñe natúræ; bona
múlier María, mater gratiæ,
mater misericordiæ. Datur
mater gratiæ pro matre na-
túræ; manet tamen mater
natúra, manet étiam mater
ex gratiæ. Erat enim Ioánni
mater María Salóme in ór-
dine succédentis natúræ; est
étiam sibi mater beáta Virgo
in órdine gratiæ. Est mater
Heva cunctórum per trádu-
cem natúræ; est et Virgo
María mater ómnium amán-
tium Christum per infusi-
onem invisibilis gratiæ.

Te Deum laudámus 7.

AD LAUDES

Ant. 1 Benedictiónem *
ómnium géntium dedit illi
Dóminus, et testaméntum
suum confirmávit super ca-
put eius.

Psalmi de dom. 1 loco 732.

2 In ætérnum * miseri-
cordia eius, et usque in ge-
nerationem et generationem.

3 Benedicám te * in vita
mea, et in nōmine tuo le-
vábo manus meas.

4 Non pepercísti * ánime
tuæ propter angústias et tri-
bulationem géneris tui.

5 Recordáre, * Virgo Ma-
ter Dei, dum stéteris in
conspectu Dómini, ut lo-
quaris pro nobis bona.

Capit. Is. 55, 1
Omnes sitiéntes, veníte ad aquas: et qui non habéti argéntum, properáte, émite et comédite: veníte, émite absque argénto et absque ulla commutatióne vinum et lac.

Hymnus

María, quæ mortálium Preces amánter exíspis, Rogámus ecce súpplices, Nobis adéstō pépetim.

Adéstō, si nos críminum Caténa stringit hórrida; Cito résolve cómpedes, Quæ corda culpis illigant. Succúrre, si nos sáculi Fallax imágó pélicit, Ne mens salútis trámitem, Oblita cæli, déserat.

Succúrre, si vel córpore Advérsa sors impéndeat; Fac, sint quiéta témpora, Ætérnitas dum lúceat.

Tuis et esto filiis Tutela mortis témpore, Ut, te iuvánte, cósequi Perénde detur prǽmum.

Iesu, tibi sit glória, Qui natus es de Virgine, Cum Patre, et almo Spíritu, In sempitérna sácula.

Amen.

V. Ora pro nobis, Mediatrix nostra potentissima. R. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Ad Bened. ant. Absque tuo império * non movébit quisquam manum aut pedem in omni terra.

Oratio

Dómine Iesu Christe, nostrar apud Patrem mediátor, qui beatíssimam Vírginem Matrem tuam, matrem quoque nostram et apud te mediátricem constitúere dignátus es: concéde propitiū; ut, quisquis ad te benefícia petiturus accésserit, cuncta se per eam impenetrásse létetur: Qui vivis et regnas cum eódem Deo Patre in unitáte.

Et nít com. S. Apollinaris Ep. et Mart. (duplex):

Ant. Qui odit * ániam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. V. Iustus ut palma florébit. R. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Oratio

Deus, fidélium remunerátor animárum, qui hunc diem beáti Apollináris Sacerdótis tui martýrio consecrásti: tribue nobis, quæsumus, fámulis tuis; ut, cuius venerándam celebrámus festivitatē, précibus eius indulgentiam consequámur. Per Dóminum.

Ad Horas antiphona et psalmi ut in psalterio suo quoque die assignati. Ad Primam in R. br. V. Qui natus es de María Virgine.

AD TERTIAM

Capit. Is. 55, 1

Omnes sitiéntes, veníte ad aquas: et qui non habéti argéntum, properáte, émite et comédite: veníte, émite absque argénto et

absque ulla commutatióne vinum et lac.

R. br. Sub tuum præsidium * Omnes confugi- mus. - Sub tuum. V. Sancta Dei Génetrix. - Omnes confúgimus. - Glória Patri.

- Sub tuum.

V. Nostras deprecationes ne despícias. R. In necessitati- bus nostris.

AD SEXTAM

Capit. Is. 55, 2-3

Audíte audientes me, et comédite bonum, et delectábitur in crassitudine ánima vestra. Inclináte au- rem vestram, et veníte ad me: audíte, et vivet ánima vestra.

R. br. Nostras deprecations * Ne despícias. - Nostras. V. In necessitati- bus nostris. - Ne despícias. - Glória Patri. - Nostras.

V. A periculis cunctis líbera nos semper. R. Virgo gloriósa et benedicta.

AD NONAM

Capit. Is. 55, 5

Ecce gentem, quam ne- sciebas, vocábis: et gen- tes, quæ te non cognové- runt, ad te current propter Dóminum Deum tuum, et Sanctum Israel, quia glori- ficávi te.

R. br. A periculis cun- ctis * Libera nos semper. - A periculis. V. Virgo gloriósa et benedicta. - Libera. - Glória Patri. - A periculis.

V. Eia ergo, advocáta no- stra. R. Misericórdes ócu- los tuos ad nos converte.

IN II VESPERIS

Antiphonæ et capitulum ut supra ad Laudes 1758.

V. Ora pro nobis, Mediatrix nostra potentissima. R. Ut digni efficiámur pro- missiónibus Christi.

Ad Magnif. ant. Salus no- stra * in manu tua est; ré- spice nos tantum, et lèti serviémus Regi Dómino.

Oratio

Dómine Iesu Christe, nostrar apud Patrem mediátor, qui beatíssimam Vírginem Matrem tuam, matrem quoque nostram et apud te mediátricem constitúere dignátus es: concéde propitiū; ut, quisquis ad te benefícia petiturus accésserit, cuncta se per eam impenetrásse létetur: Qui vivis et regnas cum eódem Deo Patre in unitáte.

Complet. J: dominica 759.

July 26

St. Anne, Mother of the Blessed Virgin Mary

2nd class

All as in the Roman Breviary except:

AD LAUDES

Ad Bened. ant. O beáta Anna, * quæ semper regnas cum Angelis, illic nostri sic memor esto, ut tuo mereá- mur sociári collégio.

IN VESPERIS

Ad Magnif. ant. Anna, parens * sublimis Dóminæ, quæ est mater misericordiæ, gemma lucens cælestis cùriæ, te venerámur amóre Filiæ.

Die 30 iulii
B. Ioannis Soreth
Confessoris O. N.
Simplex 1100

Lectio iii

Ioánnes honéstō génere Ca-dómi in Normánnia na-tus, Deiparæ Vírgini se to-tum devóvit et Carmelít-a-rum órdini nomen dedit. Studiórūm causa Lutétiam Parisiórūm missus, clare osténdit, quam insigne or-naméntum sui órdinis fu-turus esset. Relúctans et invítus ad suprému-m fasti-gium eiúsdem órdinis ev-ec-tus, nihil omísit eórum, quæ ad informándo-s Fra-trum mores monástica di-sciplína requireret. Honó-rum et dignitátum contém-p-tor, episcopátum et sa-cram púrpuram a Callísto tértio oblátam recusávit. Carmelítárum Virginum ascetéria fundávit et insti-tuti amplificándi studiosis-simus, várías Európæ pro-víncias peragravít, multa tó-lerans adver-sa. Leódii, cum sacrilegi hómines augústum Sacraméntum, disícta pý-xide de altári, pédibus ímpie proculcárant, ipse per densas furéntium ácies au-dácter ecclésiam ingrüssus, caput hastis obísciens, divínum collégit Panem et in suum coenóbium delátum honorifícentissime collocávit. Diébus et méritis plenus Andégavi evolávit in cælum, octávo kaléndas au-gústi, anno millésimo qua-

dringentésimo septuagésimo primo. Immemorábilem cul-tum eídem préstitum Pius nonus confirmávit.

Te Deum laudámus 7.

AD LAUDES

V. Iustum dedúxit Dómi-nus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei. Ad Bened. ant. Euge, ser-ve bone * et fidélis, quia in pauca fuisti fidélis, supra multa te constítuam, intra in gáudium Dómini tui.

Oratio

Bonórum ómnium largí-tor Deus, qui beátum Ioánnem ardénti honóris tui zelo et singulári in subeún-dis periculis fortitúdine ro-borásti: eius méritis et pré-cibus concéde; ut adver-sa ómnia toleráre et in tua di-lectione persistere valeámus. Per Dóminum.

Et fit com. Ss. Abdon et Sennen Mm.:

Ant. Vestri capilli cápi-tis * omnes numeráti sunt; nolite timére: multis passé-ribus meliòres estis vos.

V. Exsultábunt Sancti in glória. R. Lætabúntur in cubilíbus suis.

Oratio

D eus, qui sanctis tuis Ab-don et Sennen ad hanc glóriam veniéndi copiósū munus grátiæ contulisti: da fámulis tuis suórum véniam peccatórum; ut, Sanctórum tuórum intercedéntibus mé-ritis, ab ómnibus mereán-tur adversitáibus liberári. Per Dóminum.

Die 7 augusti

S. Alberti
Confessoris O. N.
Duplex maius 697

Pro I. Vesperis, sicubi di-cendæ sint, capitulum de Lau-dibus, hymnus ut ad Matu-tinum, versus Amávit cum, ad Magnif. ant. ut in Vesperis.

AD MATUTINUM

Invit. Regem Confessó-rum Dóminum, * Veníte, adorémus.

Ps. 94 Venite, exsultémus 2.

Hymnus

Mensis augústi rédeunt honóres:

Clerus Albérto modulétur, atque

Sacra Carmélus récinat beáto

Cántica Patri.

Cum puer septem supe-rásset annos,

More Baptistæ fúgiens pa-térnum

Limen, ad sacram prope-rávit almæ

Vírginis ædem.

Cándido velans húmeros amíctu,

Máximos cæli méruit fa-vóres,

Et potestátem super ima mundi

Regna minórís.

Larva iactáto vítreum la-pillo

Frégerat lychnum; lácrimas ad aram

Fudit, et iunctæ rediére partes

Corpus in unum.

Vicit altricem scélerum iu-véntam,
Átque falláces Erebi figúras:
Prósperam sortem tulit, et sinístram,
Tempsit honóres.

Laus Deo summo, Geni-tóque Patris,
Spiritu Sancto sit honor perénnis,
Et Deum Trinum veneré-mur uno
Semper honóre.
Amen.

Lectio iii

A lbértus Carmelita, nobí-lioibus paréntibus in Si-cilia natus est, post sex et vigínti annos quibus sine prole in coniúgio paréntes mánserant. Liberálibus di-sciplinis puer institútus, octávum ætatis annum attín-gens, monastérium Dre-pánense ingréditur, ubi exémplar virtútum céteris brevi se præbet. Cilicio ad carnem utens, se ieíuniis étiam afflígit, et castitatis, paupertatis atque obediéntiæ studiosis-simus semper exstat. Miraculórum grátiæ illústris, plú-rimos Iudéos ac infidéles, prædicatióne sua, ad Christi fidem convértilt. Messánam, a Robérto Neápolis rege ob-sidióne cinctam et fame ve-xátam, cívium rogátu, fusa ad Deum oratióne, a perícu-lo liberávit. Agrigéntum pro-

fiscens, cum Plátani flúvii
álveus excessíset et quos-
dam Iudáeos prætereúntes
invasíset, illos, se christiá-
nos futúros esse promitté-
tes, ámbulans super aquas,
ad ripam incólumes perdú-
xit. Messánam revérsus, gra-
vi morbo corréptus, ániam
Deo efflávit, conspiciéntibus
Frátribus colúmbam candi-
dissimam ex eius ore exeún-
tem.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

Capit. Eccli. 50, 6-7
Quasi stella matutína in
médio nébulæ, et quasi
luna plena in diébus suis lu-
cet. Et quasi sol refúlgens, sic
iste effúlsit in templo Dei.

Hymnus

Pássibus siccis rápidum
per amnem
Ivit Albértus, tulit unda
castum:
Militat casus pietas inérmis
Tuta per omnes.

Ora leprósis populáta squa-
mis

Osculans, tetrum cute tabe-
fácta
Dépulit morbum, nituítque
primo

Corpus honóre.

Sponte, nec quoquam fe-
riénte, longum

Æra de summis sónitum
dedére

Túribus, quando Súperum
petívit

Spiritus arcem.

**Ante conspéctum populi
frequéntis,**

**Ad viri funus cecinére lau-
des**

**Núntii, summo tenuem per
auram**

Æthere lapsi.

**C órporis manans odor in-
sepúlti**

**Exstitit multis medicámen
ægris:**

**Inde languóres vários fugá-
bant**

Saxa sepúlcri.

**L aus Deo summo, Geni-
tóque Patris,**

**Spirítui Sancto sit honor
perénnis,**

**Et Deum Trinum veneré-
mur uno**

Semper honóre.

Amen.

**Y. Iustum dedúxit Dómi-
nus per vias rectas. R.** Et
osténdit illi regnum Dei.

**Ad Bened. ant. Euge, ser-
ve bone * et fidélis, quia
in pauca fuísti fidélis, supra
multa te constituam, intra
in gáudium Dómini tui.**

Oratio

Deus, qui beátum Albér-
tum Confessórem tuum
ad sanctæ Genetrícis tuæ
órdinem vocáre dignátus
es: tríbue, quæsumus; ut
eius méritis et exémplis di-
gne tibi serviámus, et atér-
nis cum ipso bonis perfruá-
mur: Qui vivis et regnas.

Pro com. S. Caietani Conf.
(duplex):

Ant. Nolíte sollícií esse *
dicéntes: Quid manducábi-
mus aut quid bibémus? Scit
enim Pater vester, quid vo-
bis necésse sit.

**Y. Amávit eum Dóminus,
et ornávit eum. R. Stolam
glóriæ induit eum.**

Oratio

Deus, qui beátó Caietáno
Confessóri tuo apostó-
licam vivéndi formam imi-
tári tribuísti: da nobis, eius
intercessióne et exémplo, in
te semper confídere, et sola
cælestia desiderare. (Per Dó-
minum nostrum.)

Deinde fit com. S. Donati
Ep. et Mart.:

**Ant. Qui odit * ániam
suam in hoc mundo, in
vitam atérnam custódit eam.**

**Y. Iustus ut palma floré-
bit. R. Sicut cedrus Lí-
bani multiplicábitur.**

Oratio

Deus, tuórum glória sacer-
dótum: præsta, quæsumus;
ut sancti Mártiris tui
et Epíscopi Donáti, cuius
festa gérimus, sentiámus au-
xílium. Per Dóminum no-
strum.

AD TERTIAM

Capit. Eccli. 50, 6-7
Quasi stella matutína in
médio nébulæ, et quasi
luna plena in diébus suis lu-
cet. Et quasi sol refúlgens, sic
iste effúlsit in templo Dei.

IN VESPERIS

cápitulum ut supra ad Laudes
hymnus ut ad Matutinum.

**Y. Iustum dedúxit Dómi-
nus per vias rectas. R.** Et
osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnif. ant. O Al-
bérte, * norma munditiæ,
puritatis et continéntiæ, ora
Matrem misericórdiæ, ut in
hac valle misériæ nos de-
fendat ab omni labore: ut
exúto mortáli corpore, per-
fruámur atérna réquie.

Die 18 augusti

**B. Angeli Augustini
Mazzinghi**

Confessoris O. N.

Simplex 697

Lectio iii

Angelus, ex illústri Mazzinghiórum familia Flo-
réntiæ natus, pueritiam et
adulescentiam inter stúdia
et pietátem íntegre tradúxit.
Inspiránte Virgine, sacro
Carmelitárum institúto no-
men dedit, et, solémni emis-
sa professióne, severioris ob-
servántiæ stúdio, ad Silvá-
rum convéntum convolávit.
Sacerdótio initiátus, ita
sciéntia et pietáte emicuit,
ut non semel dignus hábitus
sit, qui suórum regímini
admoverétur. Quod quidem
munus tam sédulo explévit,
ut magni consilii et sanctís-
simæ vitæ vir haud immé-
rito nuncuparétur. Ieiúniis
corpus attenuábat, et divi-
nárum rerum contemplatió-
ni nocte diéque vacábat.

Doctrina et eloquentia prædictus, suis concionibus multos a perditionis via ad evangelicæ perfectiōnis sémitam revocare conatus est et obtinuit. Labóribus piis perfunctus et méritis cumulatis, a beatissima Vírgine prænuntiato mortis die, ad sempiternas Beatorum sedes migravit, anno salutis millésimo quadringentésimo trigesimo octavo. Eius memoria miraculis confirmata, ad hanc usque diem perennat. Cultum vero immemorabilem ei præstitum, Clemens tertius decimus Apostolica auctoritate approbabat.

Te Deum laudamus 6.

AD LAUDES

V. Iustum deduxit Dóminus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.
Ad Bened. ant. Euge, serue bone * et fidélis, quia

in pauca fuisti fidélis, supra multa te constituam, intra in gáudium Dómini tui.

Oratio

Deus, qui nos ánnua beati Angeli Confessoris tui solemnitate lætificas: præsta; ut, quem religiosæ vitæ assertorem habuimus in terris, patrónum habére mereámur gloriósum in cælis. Per Dóminum.

Et fit com. S. Agapiti Mart.:

Ant. Qui odit * ánimam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. V. Iustus ut palma florabit. R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio

Lætetur Ecclesiæ tua, Deus, beati Agapiti Mártiris tui confisa suffragiis: atque, eius precibus gloriósis, et devota permáneat, et secúra consistat. Per Dóminum.

Die 27 augusti

In Transverberatione Cordis S. Teresiæ

Virginis, Matris Nostræ

AD MATUTINUM

Invit. Christum vulnerantem Terésiam amore languentem, * Venite, adorémus.

Ps. 94 Venite, exultemus 2.
Hymnus

Regis supérii nuntia,
Domum paternam déseris,

Terris, Terésa, bárbaris Christum datura aut sanguinem.

Sed te manet suávior
Mors, pena poscit dulcior;
Divini amoris cùspide
In vulnusicta cóncides.

O caritatis victima!

Tu corda nostra cóncrema, Tibique gentes crèditas Avérni ab igne libera.

Sit laus Patri cum Fílio, Et Spíritu Paraclito, Tibique, sancta Trinitas, Nunc, et per omne sǽculum. Amen.

In I Nocturno

Ant. 1 Pone me * ut signáculum super cor tuum: quia fortis est ut mors diléctio.

Psalmi de communi Virg.

Ant. 2 Sagitta eius, * quasi interfectoris, non revertetur vacua.

Ant. 3 Convulneravit * lumbos meos: concidit me vulnere super vulnus.

V. Proba me, Dómine, et tenta me. R. Ure renes meos et cor meum.

De Cánticis canticorum

Lectio i 5, 6-8

Péssulum óstii mei apérui dilécto meo: at ille declináverat, atque transierat. Anima mea liquefacta est, ut locutus est: quæsivi, et non invéni illum: vocávi, et non respóndit mihi. Invenérunt me custodes qui circumeunt civitatem: percussérunt me, et vulneravérunt me: tulérunt pálrium meum mihi custodes murorum. Adiúro vos, filiæ Ierúsalem, si invenéritis diléctum meum, ut nuntietis ei quia amore längeo.

R. Qui facit magna et mirabilia, * Ipse vúlnerat, et medétur. V. Pércutit, et manus eius sanábunt. - Ipse.

Lectio ii 7, 10-13

Ego dilécto meo, et ad me convérso eius. Veni, dilécte mi, egrediámur in agrum, commorémur in vilis. Mane surgámus ad víneas, videámus si flóruit vínea, si flores fructum partíriunt, si floruérunt mala púnica: ibi dabo tibi ubera mea. Mandrágoræ dedérunt odórem. In portis nostris ómnia poma: nova et vētera, dilécte mi, servávi tibi.

R. Omnipotens, cuius ignis est in Sion, * Et caminus eius in Ierúsalem. V. Facit Angelos suos Spíritus, et ministros suos flammas ignis. - Et.

Lectio iii 8, 6-7

Pone me ut signáculum super cor tuum, ut signáculum super bráchium tuum: quia fortis est ut mors diléctio, dura sicut infernus æmulatio: lámpades eius, lámpades ignis atque flammárum. Aquæ multæ non potuérunt extinguere caritatem, nec flúmina óbrent illam: si déderit homo omnem substântiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

R. De excélo misit ignem in óssibus meis, * Et erudit me. V. Ordinávit in me caritatem. - Et. - Glória Patri. - Et.

In II Nocturno

Ant. 4 Conturbáta sunt * viscera mea: effúsum est in terra iecur meum.

Ant. 5 Lámpades eius, * lámpades ignis atque flammarum.

Ant. 6 Mollívit cor meum; * et probávit me quasi aurum, quod per ignem transit.

V. Concáluit cor meum intra me. R. Et in meditacióne mea exardéscet ignis.

Lectio iv

Ex Bulla Can. § 6 et 12 et Vita S. Teresiæ cap. 29

Inter céteras Teresiæ virtutes, præcipue emíciuit diléctio Dei, quæ ádeo in corde eius exársit, ut confessarii ipsíus Teresiæ tamquam non hóminis, sed Chérubim própriam admirarentur et celebrárent. Quam étiam Dóminus noster Iesus Christus multis visiónibus et revelatióibus mirabiliter auxit: quandóque enim data déxtera, clavóque exténso, illam in Sponsam suam adoptávit, atque his verbis álloqui dignátus est: Deinceps ut vera Sponsa meum zelábis honórem: iam ipse sum totus tuus, et tu tota mea.

R. Ego Dóminus scrutans Cor: * Do unicuíque iuxta viam suam, et iuxta fructum adinventiónum suárum. V. Quam bonus Israel Deus rectis corde! - Do.

Lectio v

Aliquando étiam Angelum vidit ignito iáculo sibi præcordia transverberántem. Quod ipsa enárrat his verbis: Vidébam ad sinístram meam Angelum astántem corporáli spécie; non erat magnus, sed parvus, formáque pulcherrima, ac vultu sic accénsō et flagránte, ut viderétur ex suprémis, qui pénitus exárdent, sive ex iis, qui Séraphim dicúntr. Aspiciébam eum in mánibus gestáre longum iáculum áureum, et in extrémo cùspidis parum ignis: iáculo autem non semel Cor meum transverberábat usque ad viscera; hæc vero mihi videbátur secum asportáre, cum iáculum edúceret, exindeque me prorsus reliqueré Dei amóre aestuántem. Erat quidem tam véhemens dolor vulneris, ut me compelleret in gémitus iterátos prorúmpere; et ádeo excélens suávitás, quam in me hic dolor intensissimus éfficit, quod desideráble non sit, ut auferátur, nec animæ quidquam pláceat, nisi Deus ipse.

R. Ait Dóminus ad puerum suum: * Affer mihi sagittas, quas ego iácio. V. Venit itaque puer ad locum iáculi; collégit sagittas, et attulit ad Dóminum. - Affer.

Lectio vi

Ex quibus cælestibus dominis divini amoris flamma in eius corde ádeo exæstuabat, ut máxime árduum votum a Deo edócta emíserit, efficiéndi semper quidquid perféctius esse, et ad maiorem Dei glóriam pertinére intellegéret. Quin étiam post mortem cuídam moniali per visum maniféstavit, se non vi morbi, sed ex intolerábili divini amoris incéndio vita excessisse. Cum autem illius cor incorruptum ac Transverberatiónis signis decorátum in ecclésia Sanctissimæ Incarnationis moniálium órdinis Carmelitárum Excalceatárum Albæ repósitum, frequénti et pio concursu Christifidéles in præséntem usque diem veneréntur, iis ómnibus perspectis, Benedictus décimus tertius Pónitifex Máximus solemnitátem hanc ad recoléndam insígnis prodígií memóriam in eodem órdine quotánnis celebrári concéssit.

R. Sagittæ tuæ, Dómine, in me sunt: * Quæ est fortitudo mea ut sustíneam? V. Defécit caro n ea, et cor meum, Deus cordis mei. - Quæ. - Glória Patri. - Quæ.

In III Nocturno

Ant. 7 Fulcite me flóribus, * stipáte me malis: quia vulnerata caritáte ego sum.

Ant. 8 Manus plagæ meæ * aggraváta est super gémitum meum.

Ant. 9 Percüssi te; * insanábilis est dolor tuus: a vulnéribus tuis sanábo te.

V. Secúndum multitúdinem dolórum in corde meo. R. Consolatiónes tuæ latificárvunt ániam meam.

Lectio sancti Evangélii secúndum Lucam

Lectio vii 12, 48-50

In illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: Omni cui multum datum est, multum quærétur ab eo: et cui commendavérunt multum, plus petent ab eo. Ignem veni míttete in terram. Et reliqua.

Homilia sancti Basili Magni

Ex lib. Regul. fusiōis disp. in Resp. ad Interv. 2

Quid est, quæso, pulchrítudine divina admirabilius? Quæ nótio Dei maiestáte excogitári gratiósior potest? Quod eiúsmodi desidérium quis secum comminisci queat, ciúsmodi est illud, quod ánima vitiis ómnibus perpurgátæ divinitus ingenerátur?

Adeo véhemens adeóve intolerándum? Quæ vere sinceré dícre illud possit: Ego amóre lángueo: et vulnerata caritáte ego sum. Inexplicábiles prorsus, nec ulli pro dignitaté enarrábiles, quæ e fulgurantissimo fonte illo divinæ pulchrítudinis intérmitant et prosiliunt fulgétræ. Nulla eas orátiō digne repræsentet, nullus percípiat auditus, licet lucíferi prænítidum iubar, licet lunæ splendórem,

licet solis rasantissimam claritatem dicas; obscura ista sunt, si cum eius fulgore comparentur; et nullius prorsus pretii, si horum similitudine gloriam illam velis exprimere: plusque a vera luce distant, si cum ea conferantur, quam distet profunda nox, et cæcæ noctis tenebrae a clarissima luce meridiæna.

R. Omnia ossa mea dicunt: * Dómine, quis similis tibi? V. Suspéndium eligit anima mea, et mortem ossa mea. - Dómine.

Lectio viii

Tantæ istius pulchritudinis dignitatem némini licet corporis oculis contemplari. Siquidem animo tantum et cogitatione utcumque apprehenditur. Ea si quando sanctorum virorum quæpiam circumfulsit, intolerabilem illorum in animis defixum desiderii aculeum reliquit, quippe qui cum vehementer eos vitæ huius tæderet, in voces illas erumpere soliti essent: He mihi, quia incolatus meus prolongatus est! Et, Quando véniam, et apparébo ante faciem Dei? Et, Dissolvi, et esse cum Christo longe melius est. Et, Sitivit anima mea ad Deum fortem, vivum. Vehementer enim vitam hanc véluti tetur quendam cácerem abhorabant, usque ádeo difficiles ad cohibendum animos erant ii, quorum mentes Dei amor perstrinxerat.

R. Non extinguétur flamma succensiónis. * Ego Dóminus succéndi eam.
V. Numquid non verba mea sunt quasi ignis? - Ego. - Glória Patri. - Ego.

Lectio ix

Cum enim inexplibili intuendæ divinæ pulchritudinis cupiditate flagrarent, illud exoptabant, ut æquata infinito sempiternæ vitæ currículo sibi iucunditatis Dómini contemplandæ facultas præberétur. Sic igitur, duce natura, sua sponte hóminum animi ad rerum pulchrarum expeditiōnem excitantur. Illud autem proprie verèque pulchrum est, atque exténdum et amabile, quidquid est bonus; at bonus est Deus: quod autem bonus est, id ab omnibus expétitur: ergo Deum expetunt omnia. Ex quo sane colligitur, quidquid recte facimus voluntate nostra, eius faciéndi vim nos natura etiam in nobis insitam habére; eos modo, quorum rectam rationem non pénitus vitió-sitas depravárit. Quam ob rem necessarium a nobis véluti as alienum caritas erga Deum requiritur, qua caré malum est, malorum omnium longe gravissimum.

Tc Deum laudamus 6.

AD LAUDES

Ant. I Adiuro vos, * filiæ Ierúsalem, ut nuntiatis dilecto meo quia amore längeo.

Psalmi de dominica 383.

2 Pháretram suam * apér-ruit; et efferbuérunt interiöra mea.

3 Exténdit arcum; * et exivit, ut fulgor, iáculum eius.

4 Facis, Dómine, * An-gelos tuos spíritus; et ministros tuos ignem uréntem.

5 Inflammátum est * cor meum, et renes mei com-mutati sunt.

Capit. Hebr. 4, 12

Fratres: Vivus est enim sermo Dei, et efficax, et penetrabilior omni glá-dio ancipi: et pertingens jusque ad divisionem animæ ac spíritus, compágnum quoque ac medullárum, et discretor cogitatiōnum et intentiōnum cordis.

Hymnus

Felix dies, qua cándida Instar colúmbæ, Cælum

Ad sacra tempa spíritus Se tránsulit Teresiæ.

Sponsique voces audívit:
Veni, soror, de vértice Carméli ad Agni nuptias:
Veni ad corónam gloriæ.

Te, sponse, Iesu, Virgi-num,
Beati adórent órdines,
Et nuptiali cántico
Laudent per omne sǽculum.
Amen.

V. Sagittæ tuæ infixa sunt mihi. R. Et confirmasti super me manum tuam.

Ad Bened. ant. Pósuit me Dóminus * quasi in si-gnum. Circumedit me lán-ceis suis, et effudit in terra viscera mea.

Oratio

Déus, qui illibata præcor-diæ beatæ Virginis Teresiæ Sponsæ tuæ ac Matris nostræ ignito iáculo transfixisti et caritatis víctimam consecrásti: ipsa interveniente concéde; ut corda nostra ardore Sancti Spíritus férveant, et te in omnibus super ómnia diligant: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate eiùsdem.

Et fit com. S. Iosephi Cala-sanctii Conf. (duplex):

Ant. Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituam, intra in gáudium Dómini tui.

V. Iustum dedúxit Dómi-nus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Déus, qui per sanctum Ioséphum Confessorem tuum, ad erudiéndam spíritu intellegéntiæ ac pietatis iuuentútem, novum Ecclésiæ tuæ subsídium provi-dere dignátus es: præsta, quæsumus; nos, eius exémplo et intercessiōne, ita fá-cere et docére, ut præmia consequámur æterna. Per Dóminum.

Ad Horas antiphona et psalmi ut in psalterio suo quoque die assignati.

Ad Primam lectio brevis Téndit, ut infra ad Nonam.

AD TERTIAM

Capit. Fratres: Vivus, ut supra ad Laudes 934.

R. br. Proba me, Dómine, * Et tenta me. - Proba. V. Ure renes meos et cor meum. - Et. - Glória Patri. - Proba.

V. Concáluit cor meum intra me. R. Et in meditatio mea exardéscet ignis.

AD SEXTAM

Capit. Hebr. 4, 13
Et non est ulla creatúra
invisibilis in conspéctu
eius: ómnia autem nuda et
aperta sunt óculis eius.

R. br. Concáluit cor meum * Intra me. - Concáluit.
V. Et in meditatio mea exardéscet ignis. - Intra me. - Glória Patri. - Concáluit.
V. Secundum multitúdinem dolórū in corde meo.
R. Consolatiōes tuæ læticavérunt ánimam meam.

AD NONAM

Capit. Thren. 3, 12-13
Téndit arcum suum, et
pósuit me quasi signum
ad sagittam. Misit in réibus
meis filias pháretræ suæ.

R. br. Secundum multitúdinem dolórū * In
corde meo. - Secundum.
V. Consolatiōes tuæ læticavérunt ánimam meam. - In. - Glória Patri. - Secundum.

V. Sagittæ tuæ infixæ sunt
mihi. R. Et confirmasti
super me manum tuam.

IN II VESPERIS

Antiphonæ et capitulum de
Laudib⁹ 934; psalni de com
muni festorū B. Mariæ Virg. 767.

Hymnus

Regis supénni núnctia,
Domum paténnam déseris,
Terris, Terésa, bárbaris
Christum datúra aut sán
guinem.

Sed te manet suávior
Mors, poena poscit dulcior;
Divíni amóris cùspide
In vulnus icta cóncides.

O caritatis víctima!

Tu corda nostra cóncrema,
Tibique gentes créditas,
Avérni ab igne líbera.

Sit laus Patri cum Fílio,
Et Spíritu Paráclito,
Tibique, sancta Trinitas,
Nunc, et per omne séculum.

Amen.

V. Sagittæ tuæ infixæ sunt
mihi. R. Et confirmasti
super me manum tuam.

Ad Magnif. ant. Factus
est * in corde meo. quasi
ignis exástuans, clausúsque
in óssibus meis: et deféci,
ferre non sústiens.

Oratio

Deus, qui illibáta præcór
dia beatæ Vírginis Te
réssiæ Sponsæ tuæ ac Ma
tris nostræ ignito iáculo
transfixisti et caritatis vícti
mam consecrásti: ipsa in
terveniente concéde; ut cor
da nostra ardore Sancti Spí
ritus férveant, et te in ómnib⁹
super ómnia díligant:
Qui vivis et regnas cum Deo
Patre in unitáte eiúsdem.

Complet. de dominica 405.

Die 2 septembri

S. Brocardi
Confessoris O. N.

Lectio iii

Brocárdus Ierosólymis or
tus, Deo vacándi stú
dio incénsus, Carmelitárum
Ordinem ingréssus, sanctitá
te cláruit. Defúncto autem
sancto Berthólido, unánimi
consénsu Fratrum, in Pri
órem Generálem subrogátus
fuit. Ut regu'árem observánt
iam augéret, a Patriárcha
Álberto Ordinis Régulam
postulávit. Ab eódem beáto
Álberto Damásco missus
ad regem Saladínum pro
componéndis indúciis, ómnib⁹
ad nutum impetrátiis,
Soldáni prorégem, lepra la
borántem, ánima et córpore
mundávit, illúmque secum
in Carmélum perdúxit. His
ac similibus gestis clarus,
miraculórum quoque glória
splénduit; nam et mórtuum
iúvenem suscitávit et ad Or
dinis statum promóvit. Octo
gésimum ètatis annum
agens, in mortis agóne, fra
tres adhortátus est, ut con
stántes in bono permanérent,
vitámque rectam ad Mariæ
et Eliæ formam compónerent.
Tandem ánimam pien
tissime exhalávit in Dómino.

Te Deum laudámus.

AD LAUDES

V. Iustum dedúxit Dómi
nus per vias rectas. R. Et
osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge, ser
ve bone * et fidélis, quia
in pauca fuisti fidélis, supra
multa te constituam, intra
in gáudium Dómini tui.

Oratio

Sanctifica, Dómine, fámu
los tuos in veneratio
beáti Brocárdi, Montis Car
meli ícolæ, Confessóris tui,
humíliter supplicántes: ut
eius salutáribus patrocínii
vita nostra inter advérsa
ubique regátur. Per Dómi
num nostrum.

Et fit com. S. Stephani Re
gis, Conf. (simplex):

Ant. Similábo eum * viro
sapiénti, qui adificávit do
mum suam supra petram.

V. Amávit eum Dóminus,
et ornávit eum. R. Stolam
gloriæ induit eum.

Oratio

Concéde, quæsumus, Ec
clésiæ tuæ, omnípotens
Deus: ut beátm Stépha
num Confessórem tuum,
quem regnántem in terris
propagatórem hábuit, pro
pugnatórem habére mereá
tur gloriósum in cælis. Per
Dóminum.

IN VESPERIS

V. Iustum dedúxit Dómi
nus per vias rectas. R. Et
osténdit illi regnum Dei.

Ad Magnif. ant. Hic vir,
despiciens mundum * et
terrénā, triúmphans, divítias
cælo cóndidit ore, manu.

Die 25 septembris

S. Alberti

Ep. Hierosolymitani, Conf., Legislatoris O. N.

Duplex II classis

Omnia de communi Conf.
Pont. 673, præter ea quæ hic
habentur propria.

In II Nocturno

Lectio iv

Albertus, illûstri géne-
re ortus, in ipso adu-
lescentiæ flore parénti-
bus orbátus, ne inqui-
náretur a pice, si eam tân-
geret, relícto sâculo, Ca-
nonicórum regulárium in-
stitútum suscépit; ubi in
litterárum stúdiis et san-
ctitatis fama tantum pro-
fécit, ut super Ecclesiæ Bo-
biénsis candelábrum con-
stitútus fúerit: unde pau-
cis post annis in epíscopum
Ecclesiæ Vercellénsis
postulátus est.

R. Invéni David servum
meum, óleo sancto meo
unxi eum: * Manus enim
mea auxiliábitur ei. V. Ni-
hil proficiet inimícus in eo,
et filius iniquitatis non no-
cébit ei. - Manus.

Lectio v

Hæc dignitas eum non
éxtulit, sed ut ante,
fuit in hábitu húmili, in
victu parcus, córpore castis-
simus, in eleemosynis lar-
gus, in officio divino assiduus,
et in prædicatióne
ferventissimus. Cumque ef-
ficaci virtútum suárum ex-
émplo cléricos et láicos ad

meliórem frugem adduxís-
set, ab orientáli clero in
Ierosolymítanum Patriár-
cham desiderátus fuit. Quod
munus, iubénte Summo Pon-
tifice, invítus suscépit, et
in eo tam sancte se gessit,
ut non solum a Christiá-
nis, verum étiam ab ipsis
Saracénis in summa vene-
ratiónē hábitus fúerit.

R. Pósui adiutórium su-
per poténtem, et exaltávi
élécum de plebe mea: *
Manus enim mea auxiliá-
bitur ei. V. Invéni David
servum meum, óleo sancto
meo unxi eum. - Manus.

Lectio vi

Ex divi Basilii et Ioánnis
quadragésimi quarti e-
piscopi Ierosolymitáni opé-
ribus régulam concinnávit,
quam Carmelítis, sibi ar-
ctíssimo amoris vínculo iunctis,
trádedit observándam:
et christiánæ pietatis fo-
véndæ studiósus, in monte
Carmélo, ac in úrbibus Pto-
lemaídis, Tyri, Saréptæ,
Sidónis, Trípolis, et Lí-
bani monastéria éxstrui cu-
rávit. Impiòrum hóminum
furóre divexátus, clam se
subdúxit, et Carmelí Ere-
mítis se adiúnxit, ubi et
Iesum Christum visibili spé-
cie hábuit consolatórem, et
Deíparæ Vírginis præsén-
tia mirifice est confortátus.

Sanctis tandem opéribus
plenus, inter suos lacrimán-
tes ánimam Deo suávi fá-
cie exhalávit.

R. Iste est, qui ante De-
um magnas virtutes operá-
tus est, et omnis terra do-
ctrína eius repléta est: *
Ipse intercédat pro peccá-
tátis ómnium populórum.
V. Iste est, qui contémptis
vitam mundi, et pervénit

ad cælestia regna. - Ipse. -
Glória Patri. - Ipse.

Oratio

Graue benedictiōnis plen-
nitúdo super nos,
quæsumus, Dómine,
copiosa descéndat: et iúgiter
sancti Albérti Confessóris
tui atque Pontificis placáre
suffrágis. Per Dóminum
nostrum.

Die 3 octobris

S. Teresiæ a Iesu Infante

Virginis O. N.

Duplex II classis

AD MATUTINUM

Invit. Regem Vírginum
Dóminum, * Veníte, ado-
rému.

Ps. 94 Veníte, exsultémus 2.

Hymnus

Nomen decúsque cónci-
nant
Teresiæ almae Vírginis
Qui sancta divi Párvuli
Credunt amántque múnera.

Carmelí summos vértices
Patróna Mater délibit:
Teresiæ illuc ádvolat,
Sponsi premens vestígia.

Afflata Iesu númere,
Secréta pandit grátiae;
Magístra mundo, simplices
Infántium docet vias.

Virtútis ipsa flósculos
Olent sacráta límina,
Quæ casta Virgo, ut ángelus
Immissus e cælo, colit.

At iúbilum non éxprimit
Omnes amoris ímpetus;
Nec septa magnos cláudere
Eius valent anhélitus.

Iesu, tibi sit glória,
Qui te revélas párvulis,
Cum Patre et almo Spíritu
In sempitérana sâcula.
Amen.

In I Nocturno

Ant. 1 Plácit Deo, * qui
me vocávit per grátiam su-
am, ut reveláret Filium
suum in me.

Psalmi de communi Virg.
Ant. 2 Ipse vero * scit
viam meam, et probávit me
quasi aurum, quod per
ignem transit.

Ant. 3 Vestígia eius * se-
cútus est pes meus, viam
eius custodívi, et non de-
clinávi ex ea.

V. Exsultábo et létábor,
Dómine, in misericórdia tua.
R. Quóniam respexisti hu-
militátem meam.

De Cánticis canticorum
Lectio i 2, 1-6

Ego flos campi, et lilium convallium. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna silvárum, sic diléctus meus inter filios. Sub umbra illius, quem desideráveram, sedi: et fructus eius dulcis gútturi meo. Introdúxit me in cellam vináriam, ordinávit in me caritátem. Fulcite me flóribus, stipáte me malis: quia amóre lángueo. Læva eius sub cápite meo, et déxtera illius amplexábitur me.

R. Exsultábit cor meum, Deus, in salutári tuo: * Cantábo Dómino, qui bona trábuit mihi, et psallam nómmini Dómini Altissimi. V. Veníte, audite, et narrábo, omnes qui timétis Deum, quanta fecit ánimæ meæ. - Cantábo.

Lectio ii 2, 10-14

En diléctus meus lóquitur mihi: Surge, própéra, amica mea, colúmba mea, formósa mea, et veni. Iam enim hiems tránsiit, imber ábiit, et recéssit. Flores apparuérunt in terra nostra, tempus putatiónis advénit: vox túturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos: víneæ floréntes dedérunt odórem suum. Surge, amica mea, speciosa mea, et veni: colúmba mea, in foramínibus petræ, in cavérna maceriaræ, osténde mihi fáciem tuam, sonet vox tua

in áuribus meis: vox enim tua dulcis, et fácies tua décora.

R. Gaudens gaudébo in Dómino, et exsultábit ánima mea in Deo meo: * Quia induit me vestiméntis salútis: et indumento iustitiæ circúmcedidit me, quasi sponsam ornátam monilibus suis. V. In Deo salutáre meum, et glória mea: Deus auxili mei, et spes mea in Deo est. - Quia.

Lectio iii 5, 1; 6, 1-3

Véniat diléctus meus in hortum suum, et cómedat fructum pomórum suórum. Veni in hortum meum, soror mea sponsa: méssei myrrham meam cum aromátilbus meis: comédi favum cum melle meo: bibi vinum meum cum lacte meo: comédite, amici, et bítibe, et inebríamini, caríssimi. Diléctus meus descéndit in hortum suum ad areolam arómatum, ut pascatur in hortis, et lilia colligat. Ego dilecto meo, et diléctus meus mihi, qui páscitur inter lilia. Pulchra es, amica mea, suávis et décora sicut Ierúsalem: terribilis ut castrórum ácies ordináta.

R. Delectáre in Dómino, et dabit tibi petitiones cordis tui: * Et edúcet quasi lumen iustitiæ tuam: et iudicium tuum tamquam meridiem. V. Acquiésce igitur ei, et habéto pacem, et per hæc habébis fructus óptimos. - Et. - Glória Patri. - Et.

In II Nocturno

Ant. 4 Iurávi tibi, * et ingrüssus sum pactum tecum, ait Dóminus Deus, et facta es mihi.

Ant. 5 Ego Dóminus, * Deus tuus, docens te utilia, gubérnans te in via qua ámbulas.

Ant. 6 Egréssum est * nomen tuum in gentes propter spéciem tuam, quia perfécta eras in decore meo.

V. Anima mea exsultábit in Dómino. R. Et delectábitur super salutári suo.

Lectio iv

Teresia a Iesu Infante, Alensónii in Gália,

honéstis paréntibus, singulári et assídua erga Deum pietate conspicuus, orta est. Inde a prima ætate, divino Spíritu prævénta, religiósam vitam ágere cupiébat. Sério autem promísit, se nihil Deo denegatúram, quod ipse ab ea pétere vide-réturn: quam promissionem fidéliter usque ad mortem servare satégit. Quinto ætatis anno, matre amíssa, Dei providéntia se totam commisit sub vigiláti custódia amantíssimi patris, sororúmque natu maiórum: quibus magístris, Terésia ad curréndam perfectionis viam, ut gigas exsultávit. Novénnis virginibus ex ordine sancti Benedícti Lexóviis excolénda tráditur, ibique in rerum divinárum cognitióne excéllere visa est. Décimo ætatis anno, arcánus et gravis morbus eam

diu cruciávit, a quo, prout ipsa enárrat, ope beatíssimæ Virginis, quæ eidem subridens appáruit, et quam sub título Dóminæ nostræ a Victória per novendíalia invocáre stúduit, divinitus fuit liberáta. Tunc, angélico fervore repléta, ad sacram convívium, in quo Christus súmitur, se diligentissime præparare curávit.

R. Factus est Dóminus firmaméntum meum: et edúxit me in latitudinem:

* Liberávit me, quia complacui ei. V. Deus, qui accíxit me fortitudine, et complanávit perféctam viam meam. - Liberávit.

Lectio v

Ut prímitus eucharístico pane fuit refécta, insatiábilem cælestis huius cibi famem hauríre visa est: unde, velut inspirata, Iesum rogábat, ut omnem mundanam consolationem in amaritudinem sibi vérteret. Inde tenérrimo in Christum Dóminum et in Ecclésiam amóre exástuans, nihil antiquius hábuit, quam Carmelitárum Excalécatárum ordinem íngredi, ut, sui abnegatione suísque sacrificiis, sacerdótibus, missionáriis, totique Ecclésiæ opem afférret et innúmeras áimas Christo Iesu lucrifáceret: quod, iam morti próxima, apud Deum se factúram pollicita est. Propter ætatis defectum, multas ad religiósam vitam amplecténdam nacta est difficultates, quibus

tamen incredibili ánni fortitudine superáris, quindecim annos nata, Lexoviénssem Carmélum feliciter ingrésa est. Ibi mirábles Deus in Teresiæ corde ascensiones dispósum, quæ, Maríæ Virginis vitam absconditam imitata, quasi horus irriguus, flores ómnium virtutum germinávit, præcipue vero exímia in Deum et in próximum caritatis.

R. Audi, filia, et vide, et inclína aurem tuam: et oblívisci pópulum tuum et domum patris tui: * Et concupiscet Rex decórem tuum, quóniam ipse est Dóminus Deus tuus. V. Dabit cápi tuo augménta gratiarum, et coróna ínclyla próteget te. - Et.

Lectio vi

Quo magis Altissimo plácet, cum in sacris Scripturis mónitum illud legisset: Si quis est párvulus, véniat ad me; párvula in spíitu esse voluit, et inde filiali fidúcia Deo, tamquam patri amantissimo, se perpétuo trádidit. Hanc spíritualis infántiae viam, secundum Evangélii doctrinam, álios dócuit, speciátim novitàas, quas ex obediéntia ad religiosarum virtutum stúdium informandas suscépit, atque ita apostólico zelo repléta, mundo supérbia inflato et vanítates diligenti, evangélicæ simplicitatis iter patefecit. Sponsus autem

Iesus eam patiéndi desidério, tam in ánima, quam in corpore, pénitus inflammavit. Insuper Dei caritatem undequaque negléctam animadvertere, summo dolore affecta, duóbus ante óbitum annis, Dei miseréntis amóri se victimam obtulit. Tunc, ut ipsa refert, cælestis ignis flamma vulnerata est: unde caritatem consúmpta, in éctasim rapta, ferventissime ingéminans: Deus meus, te diligo; viginti quátuor annos nata, die trigésima septembribus, anno millésimo octingentésimo nonagésimo séptimo, ad Sponsum evolávit. Quod autem móriens promiserat, se perénne rosárum pluviam in terram demissúram, hoc, in calum recépta, innúmeris miráculis reápse adimplévit et in dies adimplet. Quam Pius undécimus, Póntifex Máximus, Beátis Virginibus adscriptam, et biénno post, iubilao máximo recurrénte, inter Sanctas relátam, peculiarem ómnium Missiónum patronam constituit ac declaravit.

R. Dómine, quid mihi est in cælo? et a te quid volui super terram? Defécit caro mea et cor meum: * Deus cordis mei, et pars mea Deus in æternum. V. Díligam te, Dómine, fortitudo mea: quóniam dedísti mihi protectionem salútis tuae, et déxtera tua suscépit me. - Deus. - Glória Patri. - Deus.

In III Nocturno

Ant. 7 Signa et mirabilia * fecit apud me Deus exélsus: et Altissimo benedíxi, et vivéntem in sempitérnum laudávi et glorificávi.

Ant. 8 Absit autem a me, * ut cessem oráre pro vobis; et docébo vos viam bonam et rectam.

Ant. 9 Ego deprecábor Dóminum, * et ad Deum ponam elóquium meum: qui facit magna et inscrutabilia, et mirabilia absque número.

V. Laudáte Dóminum, quia bonus Dóminus. R. Psálite nómini eius, quóniam suáve.

Lectio sancti Evangélii secundum Matthæum

Lectio vii 18, 1-4
In illo tempore: Accesserunt discípuli ad Iesum, dicentes: Quis, putas, maior est in regno cælorum? Et reliqua.

Homilia sancti Leónis Papæ

Sermo 37, in Epiphaniæ solemni. 7, cap. 3, 4

Tota, dilectissimi, christiánæ sapiéntiae disciplina, non in abundântia verbi, non in astutia disputandi, neque in appetitu laudis et gloriæ, sed in vera et voluntaria humilitate consistit, quam Dóminus Iesus Christus ab útero Matris usque ad supplicium crucis pro omni fortitudine et eligit et dócuit. Nam, cum discípuli eius inter se, ut ait Evangelista, disquirerent quis eórum maior esset in

regno cælorum, vocávit párvulum, et státuit eum in médio eórum, et dixit: Amen dico vobis, nisi convérsti fuéritis et efficiámini sicut párvuli, non intrábitis in regnum cælorum. Quicúmque ergo humiliáverit se sicut puer iste, hic maior erit in regno cælorum. Amat Christus infántiam, quam primum et ánimo suscépit et corpore. Amat Christus infántiam, humilitatis magistrum, innocéntiae régulam, mansuetudinis formam. Amat Christus infántiam, ad quam maiórum dirigit mores, ad quam senum reducit ætates; et eos ad suum inclinat exéplum, quos ad regnum sublimat æternum.

R. Dómine, super senes intelléxi: quia lucerna pédibus meis verbum tuum, et lumen sémitis meis: * Declaratio sermónum tuorum illúminat, et intelléctum dat párvulis. V. Scio, Deus meus, quod probes corda, et simplicitatem diligas. - Declaratio sermónum tuorum illúminat, et intelléctum dat párvulis.

Lectio viii

Ut autem plene valeámus agnoscere quómodo apprehéndi possit tam mira convérso et in puerilem gradum qua nobis mutatióne redeúndum sit, dóceat nos beátus Paulus, et dicat: Nolite pueri effici sénsibus, sed malitia párvuli estote. Non ergo ad lúdicra infántiae et imperfæcta nobis primordia

revertendum est, sed aliquid, quod etiam graves annos deceat, inde sumendum, ut velox sit commotionum transitus, citus ad pacem recursus: nulla sit memoria offensionis, nulla cupiditas dignitatis; amor sociæ communioñis, æqualitas naturalis. Magnum enim bonum est nocere non nosse et maligna non sapere; quia inférre ac reférre iniuriam mundi huius prudéntia est; nemini autem malum pro malo reddere, christianæ est æquanimitatis infantia.

R. Suscipiat anima vestra disciplinam, in proximo est enim invenire eam: * Vide oculis vestris, quia modicum laboravi, et inveni mihi multam requiem. V. Operamini opus vestrum ante tempus, et dabit vobis mercédem vestram in tempore suo. - Vide. - Glória Patri. - Vide.

Lectio ix

Ad hanc vos, dilectissimi, A similitudinem parvolorum mystérium hodiernæ festivitatis invitat; et hanc vobis humilitatis formam adoratus a Magis puer Salvátor insinuat: qui ut, imitatoribus suis quid gloriæ pararet, ostenderet, ortus sui tempore éditos martyrio consecravit; ut in Béthlehem, ubi Christus natus est, geniti, per communioñem

ætatis consortes fierent passioñis. Ametur igitur humilitas, et omnis a fidelibus vitetur elatio. Alter alterum sibi præferat, et nemo quod suum est querat, sed quod alterius; ut, cum in omnibus abundaverit affectus nevolentiæ, in nullo virus inveniatur invidiæ; quóniam qui se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur, eodem ipso testante Iesu Christo Dómino nostro, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat Deus in saecula saeculorum. Amen.

Te Deum laudamus 6.

AD LAUDES

Ant. I Benedicta tu * a Deo tuo, quóniam in omnigenite, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel.

Psalmi de dominica 383.

2 Dóminus elegit te, * ut sis ei: et faciat te in laudem, et nomen, et gloriæ suam.

3 Eris corona gloriæ * in manu Dómini, et diadema regni in manu Dei tui: quia complacuit Dómino in te.

4 Dóminus faciet tecum * misericordiam, et veritatem, quia ostendisti gratiæ et fidem.

5 Erumpet quasi mane * lumen tuum, et anteibit faciem tuam iustitia tua, et gloria Dómini colliget te.

Capit. Is. 66, 12

Hæc dicit Dóminus: Ecce ego declinabo super eam quasi fluvium pacis, et quasi torréntem inundantem, gloriam géntium, quam sugéti: ad ubera portabimini, et super gênua blandientur vobis.

Hymnus

Immensa Christi caritas
Maiora cogit aggredi
Apostolorum et Mártyrum
Auctam corona virginem.

Optans amoris victima
Ex igne aduri místico,
Sponsum precatur ultimas
Flamas vorantes excitet.

Aeternitatis nuntia
Optata mors iam pervenit:
Hæc ingemens: Te dabo!
Terésia ad Christum emi-

grat.

Cælestibus nunc gaudiis
Fruens, ab arce siderum,
Quas largiter promiseras,
Rosas memento spargere.

Tu corde Rex mitissime,
Qui parvulis regnum paras,
Nos hanc secutos ingredi
Præsta beata limina.

Iesu, tibi sit gloria,
Qui te revelas parvulis,
Cum Patre et almo Spíritu
In sempiterna saecula.

Amen.

V. Erit tibi Dóminus in lucem sempiternam. R. Et Deus tuus in gloriam tuam.

Ad Bened. ant. Réquiem tibi dabit * Dóminus semper, et implébit splendóribus ánimam tuam; et eris quasi hortus irríguus, et sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ.

Oratio

Dómine, qui dixisti: Nisi efficiamini sicut párvuli, non intrabitis in regnum cælorum: da nobis, quæsumus; ita sanctæ Teresiæ Virginis in humilitate et simplicitate cordis vestigia sectari, ut præmia consequamur æterna: Qui vivis.

Ad Horas antiphona et psalmi ut in psalterio suo quoque die assignati. Ad Primam lectio brevis Vidébitis, ut infra ad Nonam.

AD TERTIAM

Capit. Is. 66, 12

Hæc dicit Dóminus: Ecce ego declinabo super eam quasi fluvium pacis, et quasi torréntem inundantem, gloriam géntium, quam sugéti: ad ubera portabimini, et super gênua blandientur vobis.

R. br. Exsultabo et lætabor, Dómine, * In misericordia tua. - Exsultabo.

V. Quóniam respxisti humilitatem meam. - In. - Glória Patri. - Exsultabo.

V. Anima mea exsultabit in Dómino. R. Et delectabitur super salutari suo.

AD SEXTAM

Capit. Is. 66, 13
Quómodo si cui mater blandiáritur, ita ego consolábor vos, et in Ierúsalem consolabímini.

R. br. Anima mea * Exsultábit in Dómino. - Anima. V. Et delectábitur super salutári suo. - Exsultábit. - Glória Patri. - Anima mea.

V. Laudáte Dóminum, quia bonus Dóminus. R. Psálite nómini eius, quóniam suáve.

AD NONAM

Capit. Is. 66, 14
Vidébitis, et gaudébit cor vestrum, et ossa vestra quasi herba germinábunt; et cognoscétur manus Dómini servis eius.

R. br. Laudáte Dóminum, * Quia bonus Dóminus. - Laudáte. V. Psálite nómini eius, quóniam suáve. - Quia. - Glória Patri. - Laudáte.

V. Dóminus facit mirabília magna solus. R. Quóniam in ætérnum misericórdia eius.

IN II VESPERIS

Psalmi ut in communi festorum B. Mariæ Virg. 767.

Hymnus

Luce divína rutilántis aulæ Sédibus, Virgo, frueris, secúndans Vota, promísso réfoves precántes Imbre rosárum.

Sint rosæ nobis fidei supérnæ

Lumen affulgens, columénque rebus
Spes in advérsis, et amoris almi

Vivida virtus.

Sint rosæ nobis tuus ille fidens

Candor infántis Dómino, patérno

Grata qui præbet vel acérba nostræ

Númine vitæ.

Præstet hoc nobis Déitas beáta

Patris, ac Nati paritérque Sancti

Spiritus, cuius résonat per omnem

Glória mundum.

Amen.

V. Manus Dómini confortávit te. R. Et ídeo eris benedicta in ætérnum.

Ad Magnif. ant. Benedic-tus Dóminus, * quia hódie nomen tuum ita magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum, qui mémores fuerint virtutis Dómini in ætérnum.

Oratio

Dómine, qui dixisti: Nisi efficiámini sicut párvuli, non intrábitis in regnum cælórum: da nobis, quæsumus; ita sanctæ Teresiæ Virginis in humilitate et simplicitate cordis vestigia sectári, ut præmia consequámur ætérna: Qui vivis et regnas.

Complet. de dominica 405.

Die 15 octobris

Sanctæ Teresiæ

Virginis, Matris nostræ

Duplex I classis

IN I VESPERIS

Antiphona I

Zelo zeláta sum * pro honore sponsi mei Iesu Christi, qui dixit mihi: Ut vera sponsa meum zelabis honórem.

Psalmi ut in communi festorum B. Mariæ Virg. 767.

2 Vulnerásti * cor meum, Dómine, ardénti cùspide caritatis tuæ.

3 Clavo dexteræ tuæ * subarrhásti me, Dómine: et tamquam sponsam decorasti me coróna.

4 Fulcite me flóribus, * stipáte me malis, quia amore lángueo.

5 Mihi absit gloriari * nisi in cruce Dómini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.

Capit. Sap. 7, 7-8

Optávi, et datus est mihi sensus: et invocávi, et venit in me spíritus sapiétiæ: et præpósui illam regnis et sédibus, et divítias nihil esse duxi in comparatione illius.

Hymnus
Regis supérni núnctia, Domum patérnam déseris,
 Terris, Terésa, bárbaris Christum datura aut sanguinem.

Sed te manet suávior
 Mors, pœna poscit dulcior:
 Divini amoris cùspide
 In vulnus icta cóncides.

O caritatis víctima!
 Tu corda nostra cóncrema,
 Tibique gentes créditas
 Avérni ab igne libera.

Sit laus Patri cum Fílio
 Et Spíritu Paráclito,
 Tibique, sancta Trinitas,
 Nunc, et per omne sǽculum.
 Amen.

V. Obliviscere pópulum tuum, et domum patris tui.
 R. Et concupiscet rex décrem tuum.

Ad Magnif. ant. Quæsívi in sponsam * mihi eam assúmere. Doctrrix enim est disciplinæ Dei, et eléctrix opérum illius.

Oratio

Exáudi nos, Deus, salutáris noster: ut, sicut de beatæ Teresiæ Virginis tuæ et Matris nostræ festivitate gaudémus; ita cælestis eius doctrinæ pábulo nutriámur, et piæ devotio-nis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Complet. de dominica 405.

AD MATUTINUM

Invit. Regem Vírginum Dóminum, * Veníte, adorémus.

Ps. 94 Venite, exsultémus 2.
 Hymnus Regis supérni, ut supra.

In I Nocturno

Ant. 1 Quæ est ista, quæ ascéndit per désertum, sicut vîrgula fumi ex aromatibus myrræ et thuris?

Psalmi de communi Virginum

Ant. 2 En diléctus meus * lóquitur mihi: Surge, própera, amica mea, colúmba mea, et veni.

Ant. 3 Revértere, * re-vértere, Sunamítis: revértere, revértere, ut intueá-mur te.

V. Fiat cor meum imma-culatum in iustificatióibus tuis. **R.** Ut non confundar.

De libro Sapiéntiæ

Lectio i 7, 7-14

Optávi, et datus est mihi sensus: et invocávi, et venit in me spíritus sapiéntiæ: et præposui illam regnis et sédibus, et divitiis nihil esse duxi in comparatióne illius. Nec comparávi illi lápidem pretiósrum: quóniam omne aurum in comparatióne illius, aréna est exígua, et tamquam lutum æstimábitur argéntum in conspéctu illius. Super salútem et spéciem di-léxi illam, et propósuí pro luce habére illam: quóniam inexstinguibile est lumen illius. Venérunt autem mihi ómnia bona páriter cum illa, et innumerabilis honé-stas per manus illius, et læ-tátus sum in ómnibus: quóniam antecedébat me ista

sapiéntia, et ignorábam quó-niam horum ómnium mater est. Quam sine fictiōne di-dici, et sine invidia com-múnico, et honestátem illius non abscondo. Infinitus enim thesáurus est homínibus: quo qui usi sunt, par-ticipes facti sunt amicitiæ Dei, propter disciplinæ dona commendáti.

R. Habitábit in solitudine iudicium, et iustitia in Carmélo sedébit. Et erit opus iustitiæ pax, * Et cultus iustitiæ siléntium, et secúritas usque in sempitérnum. **V.** Et sedébit pôpulus meus in pulchritudine pacis, et in tabernáculis fidúciae. - Et cultus.

Lectio ii 7, 21-27
Omnum enim ártifex dô-cuit me sapiéntia. Est enim in illa spíritus intellegéntiæ, sanctus, únicus, múltiplex, subtílis, disértus, móbilis, incoquinátus, certus, suávis, amans bonum, acútus, quem nihil vetat, benefáciens, humánus, be-nígnus, stábilis, certus, se-cûrus, omnem habens vir-tutem, ómnia prospíciens, et qui cápiat omnes spíritus, intellegibilis, mundus, subtílis. Omnibus enim mobili-bus mobílior est sapiéntia: attingit autem ubique propter suam munditiam. Vapor est enim virtútis Dei, et emanatió quædam est claritatis omnipoténtis Dei sin-céra: et ídeo nihil inquiná-tum in eam incurrit. Can-dor est enim lucis atérnæ,

et spéculum sine mácula Dei maiestatis, et imágó bo-nitatis illius. Et cum sit una, ómnia potest: et in se pér-manens ómnia innovat, et per natiónes in áimas sanctas se transfert, amicos Dei et Prophétas constitútuit.

R. Diffusa est gráta in lá-biis tuis, * Propterea be-nedixit te Deus in atérnum. **V.** Spécie tua et pulchri-tudine tua inténde, próspere procéde, et regna. - Pro-pterea.

Lectio iii
7, 28-30; 8, 1-7

Néminem enim diligit Deus, nisi eum, qui cum sapiéntia inhábitat. Est enim hæc speciósior sole, et super omnem dispositiōnem stellárum, luci comparata in-veniuntur prior. Illi enim suc-cédit nox, sapiéntiam autem non vincit malitia. Attingit ergo a fine usque ad finem fôrter, et dispónit ómnia suáviter. Hanc amávi, et ex-quisiví a iuventúte mea, et quæsívi sponsam mihi eam assúmere, et amátor factus sum formæ illius. Generositatē illius glorificat, con-tubérnium habens Dei: sed et ómnium Dóminus dilexit illam: doctrix enim est disciplinæ Dei, et eléctrix óperum illius. Et si divitiæ ap-petuntur in vita, quid sapiéntia locuplétius, quæ ope-ratur ómnia? Si autem sensus operátur: quis horum,

quæ sunt, magis quam illa est ártifex? Et si iustitiam quis dilit: labóres huius magnas habent virtutes: so-brietatē enim, et prudéntiam docet, et iustitiam, et virtutem, quibus utilius nihil est in vita homínibus.

R. Audi, filia, et vide, et inclína aurem tuam: * Quia deinceps ut vera sponsa meum zelábis honórem. **V.** Sponsábo te mihi in iustitia, et iudicio, et in misericordia, et in miseratióni-bus. - Quia. - Glória Patri. - Quia.

In II Nocturno

Ant. 4 Vidi Dóminum, * qui dedit corónam decórís in cápite meo.

Ant. 5 Induit me * Gé-ne-trix Dómini vestiméntis sa-lútis: et datum est mihi, ut coopériar býssino splen-dénti, et cándido.

Ant. 6 Ego autem * in Dómino gaudébo et exsul-tabo in Deo Iesu meo.

V. Sitívit in te áнима mea. **R.** Quam multiplíciter tibi caro mea.

Lectio iv

Terésia Virgo nata est Abulæ in Hispânia, paréntibus tum gé-nere, tum pietaté præcláris. Ab iis divini timóris lacte educata, admirandum futúræ sanctitatis in tenérrima adhuc ætate spécimen de-dit. Nam cum sanctórum

Mártirum acta perlégeret, ádeo in eius meditatiōne Sancti Spíritus ignis exár- sit, ut domo aufugiens in Africam traiiceret, ubi vi- tam pro glória Iesu Christi et animárum salúte profún- deret. A pátruо revocáta, ardens martyrii desidérium eleemosynis aliisque piis opéribus compensávit, iúgi- bus lácrimis deplorans, ópti- mam sibi sortem fuisse præ- réptam. Mórtua matre, cum a beatissima Virgine péte- ret, ut se matrem esse mon- stráret, pii voti compos ef- fecta est: semper perinde ac filia patrocinio Déiparæ pérfruens. Vigésimum æt- atis annum agens, ad moniá- les sanctæ Mariæ de Monte Carmélo se cónstulit. Ibi, per duodeviginti annos gravissi- mis morbis et váriis tenta- tionibus vexata, constantís- sime méruit in castris chri- stianæ pénitentiæ, nullo re- fecta pábulo cælestium eá- rum consolatiōnum, quibus solet étiam in terris sáncti- tas abundáre.

R. Dixit mihi Dóminus meus: Ne tímeas, filia: * Non rápiet te quisquam de manu mea. V. Neque mors, neque vita, neque creatúra ália pótterit me separare a caritaté Dei. - Non rápiet te quisquam de manu mea.

Lectio v

Angélicis ditáta virtútibus, A non modo propriam, sed pùblicam étiam salútem sollicita caritaté curávit.

Quare severiorem véterum Carmelitárum régulam, Deo afflante et Pio quarto ap- probante, primum muliéribus, deinde viris observán- dam propósuit. Efflóruit in eo consilio omnípotens mi- seréntis Dómini benedictio: nam duo supra triginta mo- nastéria inops Virgo pótuit ædificare, ómnibus humánis destítuta auxiliis, quinímmo adversántibus plerūmque sacerduli principibus. Infidé- lium et hæreticorum téne- bras perpétuis deflébat lá- crimis, atque, ad placándam divinæ ultiónis iram, vol-untários proprii còporis cruciátus Deo pro eórum salúte dicábat. Tanto au- tem divini amóris incéndio cor eius conflagrávit, ut mé- rito viderit Angelum igni- to iáculo sibi præcordia transverberántem, et audie- rit Christum data déxtera dicéntem sibi: Deinceps ut vera sponsa meum zelábis honórem. Eo consiliante, máxime árduum votum emí- sit efficiéndi semper quid- quid perféctius esse intellé- geret. Multa cælestis sa- piéntiæ documénta conscrí- psit, quibus fidélium men- tes ad supérnæ pátriaæ de- sidérium máxime excitántur.

R. Gaudens gaudébo in Dómino, et exsultábit áni- ma mea in Deo meo: quia induit me vestiméntis salú- tis: * Et induménto iustitiæ circúmdedit me. V. Quasi sponsam decorátam coróna, et quasi sponsam ornátam monílibus suis. - Et.

Lectio vi

Cum autem assídua éde- ret exémpla virtútum, tam ánxi castigándi còr- poris desidério aestuábat, ut, quamvis secus suadérent morbi quibus afflictabátur, corpus ciliciis, caténis, urticárum manipulis, aliisque aspérissimis flagellis sàpere cruciáret, et aliquando inter spinas volutáret, sic Deum álloqui sólita: Dómine, aut pati aut mori: se semper misérrima morte pereúntem existimans quándiu a cæ- lésti ætérnæ vitæ fonte abé- set. Prophetiæ dono excél- luit, eámque divinis charismatibus tam liberáliter loupletábat Dóminus, ut sà- pius exclámans pétéret be- neficiis in se divinis modum impóni, nec tam céleri obli- vióne culpárum suárum me- móriam aboléri. Intolerabili- igitur divini amóris incéndio pótius quam vi morbi, Albæ cum decúmberet, prænun- tiato suæ mortis die, ecclesiásticis sacraméntis muníta, alúnnos ad pacem, caritátem et regulárem observántiam adhortáta, sub colúmbæ spé- cie puríssimam ánimam Deo réddidit, annos nata sexaginta septem, anno millésimo quingentésimo octogé- simo secundo, idibus octó- bris, iuxta kalendárii ro- mání emendatiōnem. Ei mori- énti adéssse visus est inter Angelórum ágmina Christus Iesus: et arbor árida cellæ próxima statim efflóruit.

Eius corpus usque ad hanc diem incorrúptum, odorato liquore circumfúsum, pia veneratiōne cólitur. Mirá- culis cláruit ante et post óbitum, eámque Gregórius dícmus quintus in Sanctá- rum númerum rétulit.

R. Regnum mundi, et omniem ornatum sacerduli contémpsi propter amórem Dó- mini mei Iesu Christi, * Quem vidi, quem amávi, in quem créddi, quem diléxi. V. Eructávit cor meum ver- bum bonum: dico ego ópe- ra mea Regi. - Quem. - Glória Patri. - Quem.

In III Nocturno

Ant. 7 Glória Líbani * data est ei: decor Carméli et Saron, ipsi vidébunt gló- riā Dómini, et decórem Dei nostri.

Ant. 8 Dómine, * præve- nisti eam in benedictiōni- bus dulcédinis: posuisti in cápite eius corónam de lá- pide pretioso.

Ant. 9 Os suum * apéruit sapiéntiæ, et lex cleméntiæ in lingua eius.

V. Deus præcínxit me vir- tute. R. Et pósuit imma- culatam viam meam.

Léctio sancti Evangélii secundum Matthæum

Lectio vii 11, 25-30

In illo témpore: Respón- dens Iesus, dixit: Con- fiteor tibi, Pater, Dómine cæli et terræ, quia abscondísti hæc a sapiéntibus, et prudéntibus, et revelásti ea párvulis. Et réliqua.

**Homilia sancti Ambrösii
Episcopi**

Ex libro 7 in Luc. cap. 10,
prope finem

Aperitur cælesté mystérium, quod placuerit Deo, ut párvulis magis quam prudéntibus istius mundi suam gratiā revelaret. Quod Apóstolus Paulus stilo pleniorē digéssit, dicens: Nonne stultam fecit Deus sapiéntiam huius mundi? Nam quóniam in Dei sapiéntia non cognovit hic mundus per sapiéntiam Deum; plácuit Deo per stultitiam prædicatiōnis salvos facere credentes. Párvulum ergo accipiámus, qui se exaltare non noverit, et phale-ratis sermónibus artem suæ iactare prudéntiæ: quod philosophi plerique faciunt.

R. Habitare fecit eam Deus stérilem in domo * Matrem filiorum létantem. V. Cibavit eam pane vitæ et intellectus, et aqua sapiéntiæ salutari potavit illam. - Matrem.

Lectione viii

Párvulus erat, qui dixit: Dómine, non exaltávi cor meum, neque elati sunt óculi mei, neque ambulávi in magnis, neque in mirabilibus super me. Et ut scires párvulum hunc non ætate, non sensu fuisse; sed

humilitatē sui, et quadam declinatioñe iactantiæ, ad-didit: Sed exaltávi animam meam. Vides quam excelsus fuerit hic párvulus, quanto virtutum sublimis vértice? Tales nos párvulos vult esse Apóstolus, cum dicit: Si quis videtur sápiens esse inter vos in hoc sǽculo, stultus fiat, ut sit sápiens. Sapiéntia enim huius mundi stultitia est apud Deum.

R. Tu glória Ierúsalem, tu létitia Israel, tu honorificéntia populi nostri: quia fecisti viriliter, et confortatum est cor tuum: ideo et manus Dómini confortabit te, * Et eris benedicta in æternū. V. Surrexerunt filii tui, et beatissimam prædicaverunt. - Et. - Glória Patri. - Et.

Lectio ix

Pulcherrimus connéctitur fidei locus, quando ómnia sibi trádita dicit a Patre suo. Cum ómnia legis, omnipoténtem agnoscis; non decolórem, non degenerem Patris. Cum trádita legis, Filium confitéris, cui per naturam ómnia unius substantiæ iure sunt propria, non dono collátâ per gratiā. Addidit quoque: Nemo scit quis est Fílius, nisi Pater: et quis est Pater, nisi Fílius, et cui voluerit Fílius

revelare. Ut scias autem, quia sicut Fílius Patrem quibus vult revélat, etiam Pater revélat quibus vult Fílium: audi dicéntem ipsum Dóminum Iesum, cum laudáret Petrum, quod eum Fílium Dei esse conféssus sit: Beatus es, Simon Bar-Iona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est.

Te Deum laudámus 6.

**AD LAUDES
et per Horas**

Ant. I Hæc est Virgo sápiens, * et una de número prudéntum.

Psalmi de dominica 383.

2 Date ei * de fructu mánuum suárum: et laudent eam in portis ópera eius.

3 Sitivit * in te, Dómine, anima sponsæ tuæ: et létata est in his, quæ dicta sunt illi.

4 Trahe me post te, * in odórem currémus unguentorum tuórum: óleum effúsum nomen tuum.

5 Létare, Terésia, * in eo qui te fecit: quóniam benédixit Dóminus filiis tuis, et ádipe frumenti sátiat te. Capit. Sap. 7, 7-8

Optávi, et datus est mihi sensus: et invocávi, et venit in me spíritus sapiéntiæ: et præpósui illam regnis

et sédibus, et divitiás nihil esse duxi in comparatioñe illius.

Hymnus

Hæc est dies, qua canticum didæ Instar colúmbæ, cælitum Ad sacra templa spíritus Se tránstulit Terésia.

Sponsique voces audívit: Veni, soror, de vértice Carméli ad Agni nuptias: Veni ad corónam gloriæ.

Te, Sponse Iesu Virginum, Beati adorént órdines, Et nuptiáli canticó Laudent per omne sǽculum. Amen.

V. Adiuvábit eam Deus vultu suo. R. Deus in médio eius, non commovébitur.

Ad Bened. ant. Sancta Mater Terésia, * réspice de cælo, et vide, et visita vi-néam istam: et perfice eam, quam plantávit déxtera tua.

Oratio

Exaudi nos, Deus, salutáris noster: ut, sicut de beáta Teresiæ Virginis tuæ et Matris nostræ festivitate gaudémus; ita cælestis eius doctrinæ pábulo nutriámur, et piæ devotiōnis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Ad Horas psalmi de dominica, ad Primam tamen ut in festis.

AD TERTIAM

Capit. Optávi, ut supra.

R. br. Tibi dixit cor meum, * Exquisívit te fácies mea. - Tibi. V. Fáciem tuam, Dómine, requiram. - Exquisívit te. - Glória Patri. - Tibi.

V. Anima mea exsultabit in Dómino. R. Et delectabitur super salutari suo.

AD SEXTAM

Capit.

Sap. 7, 10

Super salutem et spéciem diléxi illam, et propósi pro luce habére illam: quóniam inexstinguibile est lumen illius.

R. br. Anima mea * Exsultabit in Dómino. - Anima mea. V. Et delectabitur super salutari suo. - Exsultabit. - Glória Patri. - Anima mea.

V. Apud me oratio Deo vitæ meæ. R. Dicam Deo: Suscéptor meus es.

AD NONAM

Capit.

Sap. 7, 11-12

Vénérunt autem mihi ómnia bona páriter cum illa, et innumerabilis honéstas per manus illius, et lætáta sum in ómnibus: quóniam antecedébat me ista sapiéntia.

R. br. Apud me oratio * Deo vitæ meæ. - Apud me. V. Dicam Deo: Su-

scéptor meus es. - Deo vitæ meæ. - Glória Patri. - Apud me oratio * Deo vitæ meæ.
V. Passer invénit sibi domum. R. Et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Oratio

Exáudi nos, Deus, salutáris noster: ut, sicut de beatæ Terésiae Virginis tuæ et Matris nostræ festivitate gaudémus; ita cælestis eius doctrinæ pábulo nutriámur, et piæ devotio- nis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

IN II VESPERIS

Ant. 1 Filia Ierúsalem, * nuntiáte dilecto meo, quia amóre lángueo.

Psalmi ut in communi festorum B. Mariæ Virg. 767.

2 Diléctus meus mihi, * et ego illi, qui pásctitur inter lilia.

3 Floréte, flores, * quasi lilium, et date odórem, et frondéte in grátiam.

4 Fiat cor meum * immaculatum in iustificationibus tuis, ut non confundar.

5 Gaudeámus, * et exsultémus, et demus glóriam ei: quia vénérunt nuptiæ Agni. Capit.

Sap. 7, 7-8
Optávi, et datus est mihi sensus: et invocávi, et venit in me spíritus sapiéntiae: et præpósui illam regnus, et sédibus, et divitias

nihil esse duxi in compara- tione illius.

Hymnus

Regis supérni núnctia, Domum patérnam déseris, Terris, Terésa, bárbaris Christum datúra aut sán- guinem.

Sed te manet suávior Mors, poena poscit dúlcior: Divini amoris cùspide In vulnus icta cóncides.

O caritatis víctima!

Tu corda nostra cóncrema, Tibique gentes crétidas Avérni ab igne libera.

Sit laus Patri cum Fílio Et Spíritu Paráclito, Tibique, sancta Trinitas, Nunc, et per omne sǽculum.

Amen.

V. Elégit eam Deus, et præelégit eam. R. In tabernáculo suo habitare facit eam.

Ad Magnif. ant. Sapiéntiam eius * enarrábunt gen- tes, et laudem eius enun- tiábit Ecclésia.

Oratio

Exáudi nos, Deus, salutáris noster: ut, sicut de beatæ Terésiae Virginis tuæ et Matris nostræ festivitate gaudémus; ita cælestis eius doctrinæ pábulo nutriámur, et piæ devotio- nis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Complet. de dominica 405.

Die 6 novemboris

B. Nonii Alvares Pereira

Conf. O. N.

Simplex 697

Lectio iii

Nónius Alvares Peréira, serenissimæ familiæ Brigantinæ fundátor, piissime fuit educátus. Aduléscens nobilissimam féminam uxórem duxit, qua demortua, ad secúndas nuptias nullo pacto transire voluit. Singulári suæ béllicæ virtuti christiánam pietátem coniúnxit, et ante pugnas, ut sibi Deum propitiáret, assídue oratióni vacábat, victórias subínde reportátas a Deo réferens accéptas. Mira pie- tate in Déiparam elúxit, in cuius honórem, post insig- nes victórias, fatálem glá- dium suspéndit in templo a Carmelítis extructo. In eius corde tam alta inséderat beatæ Virginis cultus diffú- sio, ut sacram effígiem Deí- paræ vexillis appíctam gé- rere consuéverit pro felici dimicatiónum auspicio. Devotiōne veheménti exársit erga sanctissimam Eucharistiam, cuius ánnuum festum magnificientissimo apparátu celebráre in delíciis hábuit. Lusitániae rebus in pace compósitis, tamquam frater láicus in Carmeli órdinem admitti pétuit, ubi summa

ánimi demissióne sacerdótiū recusávit et vilióra ofícia exércuit. Post novem religiónis annos, plácide ex-spirávit, ómnibus Ecclésiæ sacraméntis rite munitus. Benedictus Papa décimus quintus públicum cultum, eídem exhibítum, adprobávit.

Te Deum laudámus 6.

AD LAUDES

¶. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. ant. Euge, ser-ve bone * et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, intra in gáudium Dómini tui.

Oratio

Deus, qui beátio Nónio bonum certámen cer-táre dedísti, eúmque sui ac mundi contemptórem exímium effecísti: concéde no-bis fámulis tuis; ut, devíctis mundi cupiditatibus, in cælesti pátria perpétuo gau-deámus. Per Dóminum no-strum Iesum Christum, Fi-lium tuum: Qui tecum.

Die 7 novembri

B. Franciscæ Ambosiæ Viduæ O. N.

Simplex 731

Lectio iii

Beáta Franciscæ illústres hábuit paréntes. Adhuc infántula, trádita est curæ uxoris Ioánnis quinti, ducis Británniæ. Tali institutríce,

crevit pietáte, nil umquam puerile gerens. Annum dé-cimum quintum attíngens, nupsit Petro secúndo, filio Ioánnis ducis. In matrimónio collocáta, ómnium virtútum spécimen dedit et præsértim patiéntiæ in tole-rando humíliter vúlnera et contumélias cóniugis, æmu-latióne prava obcæcáti. Sic agens, ita ipsum Dómino lucráta est, ut ambo virtútibus in dies proficerent. Verum, Franciscæ virtutes clárius emicuérunt, cum Pe-trus ad corónam ducálem ex testaménto Ioánnis quinti vocátus est. Mórtuo Petro, Deus ancíllam suam in statu viduitatis multiplici tribula-tiōne perfécit. Sed beáta Franciscæ inter persecutiōnes invicta remánsit. Aetatis sua anno quadragésimo, ad ascetérium evolávit et hábitum beátæ Virgínis de Monte Carmélo a beáto Ioánnne Soreth accipiens, de virtute in virtútem ascéndit. Iussu Sixti quarti ad cœnobium Nostræ Dóminaæ de Scótis venit, ibique sanctissime ob-dormivit in Dómino. Eius cultum Pius nonus decretó Apostólico confirmávit.

Te Deum laudámus 6.

AD LAUDES

¶. Diffusa est grácia in lá-biis tuis. R. Propterea be-nídixit te Deus in æternum.

Ad Bened. ant. Date ei * de fructu mánuum suárum, et laudent eam in portis ópera eius.

Oratio

Tuórum corda fidélium, Deus, miserátor illústra: et beátæ Franciscæ præcibus gloriósis, fac nos

Die 14 novembri

IN FESTO

Omnium Sanctorum Ordinis
B.mæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo

Duplex II classis

AD MATUTINUM

Invit. Regem regum Dó-minum, veníte, adorémus:

* In veneratióne Sanctórum Ordinis.

Ps. 94 Venite, exsultémus 2.

Hymnus

Laudémus omnes Virgi-nem,
Quæ, sub figúra cándidæ
Nubis, Prophétæ splénduit
Carméli in alto vértice.

Huiuscem nubis ímbribus
Rigáta montis culmina
Flores dedére cælicos,
Prisco novóque Fœdere.
Fide viréscunt intégra
Vates: rubéscunt Mártires
Fuso crúore: gérminant
Intácto honore Vírgines.

Carméli, avéte, flósculi,
Salvete, casti liliæ
Convállis atque mýsticæ
Rosæ fragrántis æmuli!

In Monte éodem cónsitis
Florére nobis póscite,
Semper virére in grátiam,
Christique odórem fündere.
Cum Patre et almo Spí-
ritu,

próspéra mundi despícere
et cælesti semper consola-tiōne gaudére. Per Dómi-num nostrum.

IN FESTO

Iesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Vírgine
Decóre Carmelítidum.
Amen.

In I Nocturno

Ant. i Ascéndit Elías * in vérticem Carméli, et ecce nubécula parva, Vírginis ty-po insignis, ascendébat de mari.

I Psalmus 1

Báitus vir, qui non ábiit
in consilio impiórum,
et in via peccatórum non
stetit, * et in cáthedra pe-stiléntiæ non sedit:

Sed in lege Dómini vo-lúntas eius, * et in lege eius meditábitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum,
quod plantátum est secus
decúrsus aquárum, * quod
fructum suum dabit in témpore suo:

Et fólium eius non dé-fluet: * et ómnia quæ-cumque fáciet, prospera-búntur.

Non sic ímpii, non sic: * sed tamquam pulvis, quem próicit ventus a fácie terræ.

Ideo non resúrgent ím-
pii in iudicio: * neque peccatóres in concilio iu-
storum.

Quóniam novit Dómi-
nus viam iustórum: * et iter impiórum peribit.

Ant. Ascéndit Elías * in vérticem Carméli, et ecce nubécula parva, Virginis typo insígnis, ascendébat de mari.

Ant. 2 Patres nostri * omnes sub nube fuérunt.

2 Psalmus 2

Quare fremuérunt Gen-
tes, * et pópuli me-
ditati sunt inánia?

Astiterunt reges terræ,
et príncipes convené-
runt in unum * advérsus Dóminum, et advérsus Christum eius.

Dirumpámus víncula eórum: * et proiciámus a nobis iugum ipsórum.

Qui hábitat in cælis, ir-
ridébit eos: * et Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquéatur ad eos in ira sua, * et in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, * prædicans præcéptum eius.

Dóminus dixit ad me: * Fílius meus es tu, ego hodie génuí te.

Póstula a me, et dabo tibi Gentes hereditátem tuam, * et possessióinem tuam términos terræ.

Reges eos in virga fér-
rea, * et tamquam vas figuli confrínges eos.

Et nunc, reges, intelli-
gite: * erudímini, qui iu-
dicáti terram.

Servité Dómino in ti-
móre: * et exsultáte ei-
cum tremóre.

Apprehéndite disciplí-
nam, nequándo irascátur Dóminus, * et pereátis de via iusta.

Cum exárserit in brevi
ira eius, * beáti omnes qui confidunt in eo.

Ant. Patres nostri * om-
nes sub nube fuérunt.

Ant. 3 Vocábo filios meos
* et induam eos túnica mea.

I Psalmus 4

Cum invocárem exaudí-
vit me Deus iustitiæ meæ: * in tribulatióne dilatásti mihi.

Miserére mei, * et ex-
audi oratióñem meam.

Fílli hóminum, úsque-
quo gravi corde? * ut quid dilígitis vanitátem, et quæ-
ritis mendacium?

Et scítote, quóniam mi-
rificávit Dóminus sanctum suum: * Dóminus exáudiet me cum clamávero ad eum.

**Irascímini, et nolíte pec-
cáre: quæ dícitis in cór-
dibus vestris, *** in cubíli-
bus vestris compungímini.

Sacrificáte sacrificium iustitiæ, et speráte in Dómino. * Multi dicunt: Quis osténdit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultus tui, Dómi-
ne: * dedísti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini,
et ólei sui * multiplicáti sunt.

In pace in idípsum * dórmiam, et requiéscam;

Quóniam tu, Dómine,
singuláriter in spe * con-
stituísti me.

Ant. Vocábo filios meos * et induam eos túnica mea.

¶. Lætámini in Dómino et exsultáte, iusti. R. Et gloriámini, omnes recti corde.

De libro Ecclesiástico

Lectio i 44, 1-15

Laudémus viros glorió-
sos et paréntes no-
stros in generatióne sua. Multam gloriām fecit Dóminus magnificéntia sua a século. Dominántes in potestati bus suis hómines magni virtúte, et prudéntia sua prædicti, nuntiantes in prophétis dignitaté tem prophetarum, et imperantés in præsenti pópulo, et virtute prudéntiæ pópulis sanctissima verba. In perítia sua

requiréntes modos músicos,
et narrántes cármina scri-
pturárum.

R. Oránti Elíæ in vértice Carméli * Appáruit nubécula parva, Virginis typo insígnis. ¶. Quibus autem apparuerit diligunt eam in visióne et agnitióne magnálium suórum. - Appáruit.

Lectio ii

Hómines divites in virtú-
te, pulchritúdinis stú-
dium habéntes, pacificantes in dómibus suis. Omnes isti in generatióne bus gentis suæ gloriām adépti sunt, et in diébus suis habéntur in láu-
dibus. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrándi laudes eórum: et sunt quo-
rum non est memória: pe-
riérunt quasi qui non fü-
erint: et nati sunt, quasi non
nati, et filii ipsórum cum ipsis.

R. Sancte Prophéta Dei Elíæ, Carmelitárum Dux et Pater, * Intercéde pro no-
stra omniúmque salúte.
¶. Qui inscríptus es in iu-
díciis téporum lenire ira-
cundiām Dómini, et conciliare cor patris ad filios, et cor filiórum ad patres eó-
rum. - Intercéde.

Lectio iii

Sed illi viri misericórdiæ sunt, quorum pietátes non defuérunt: cum sémi-
ne eórum pémanent bona, heréditas sancta nepótes eó-
rum, et in testaméntis stetit semen eórum. Et filii eórum propter illos usque in ætér-
num manent: semen eórum

et glória eórum non derelinquétur. Córpora ipsórum in pace sepulta sunt, et nomen eórum vivit in generatióne et generatióne. Sa- piéntiam ipsórum narrent pöpuli, et laudem eórum nuntiet Ecclésia.

R. Filii Prophetárum qui erant in Iéricho, venientes in occúrsu m. Eliséi, adoravérunt eum dicentes: * Requiévit Spíritus Eliae super Eliséum. ¶ Elias in türbine tectus est, et in Eliséo compléitus est spíritus eius.
- Requiévit. - Glória Patri.
- Requiévit.

In II Nocturno

Ant. 4 Sústulit eos Dóminus * in Montem magnum et altum, et osténdit eis ci-vitatem sanctam Ierúsalem novam.

2 Psalmus 5

Verba mea áuribus pér-cipe, Dómine, * intellege clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, * Rex meus et Deus meus.

Quóniam ad te orábo: * Dómine, mane exáudes vocem meam.

Mane astábo tibi et vi-débo: * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit iuxta te malígnus: * neque per-manébunt iniústi ante óculos tuos.

Odísti omnes, qui ope-rántur iniquitátem: * per-des omnes, qui loquúntur mendácium.

Virum ságuinum et do-losum abominábitur Dó-minus: * ego autem in multitudine misericórdiæ tuæ.

Introíbo in domum tuam: * adorábo ad tem-plum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine, deduc me in iustitia tua: * propter inimicos meos dirige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eórum véritas: * cor eórum vanum est.

Sepúlcrum patens est guttur eórum, linguis suis dolose agébant, * iú-dica illos, Deus.

Décidant a cogitatió-nibus suis, secúndum multitudinem impietátum eórum expélle eos, * quóniam irritavérunt te, Dómine.

Et lætentur omnes, qui sperant in te, * in ætérnum exsultábunt: et habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, * quóniam tu benedices iusto.

Dómine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ * coronásti nos.

Ant. Sústulit eos Dómi-nus * in Montem magnum et altum, et osténdit eis ci-vitatem sanctam Ierúsalem novam.

Ant. 5 In Monte Sancto, * in Monte Excélsio serviérint Dómino, et in terra in qua placuérunt ei palam fecérunt disciplinam doctrinæ Dómini.

4 Psalmus 8
Dómine, Dóminus no-ster, * quam admirá-bile est nomen tuum in univérsa terra!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua, * super cælos.

Ex ore infántium et lac-tentium perfecísti laudem propter inimicos tuos, * ut déstruas inimicum et ultórem.

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitórum tuórum: * lunam et stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quod memor es eius? * aut filius hóminis, quóniam vísitas eum?

Minuísti eum paulo mi-nus ab Angelis, glória et honore coronásti eum: * et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subiecísti sub pédibus eius, * oves et boves univérsas: insuper et péccora campi.

Vólucres cæli, et pisces maris, * qui perambulan sémitas maris.

Dómine, Dóminus no-ster, * quam admirá-bile est nomen tuum in uni-versa terra!

Ant. In Monte Sancto, * in Monte Excélsio serviérint Dómino, et in terra in qua placuérunt ei palam fecérunt disciplinam doctrinæ Dómini.

Ant. 6 Lacte et melle * fluit revéra terra, ad quam misit eos Dóminus, ut ex his fructibus cognósci potest.

2 Psalmus 14
Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo?
* aut quis requiéscet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sine má-cula, * et operátur iusti-tiam:

Qui lóquitur veritátem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit próximo suo malum, * et opprórium non accépit adversus pró-ximos suos.

Ad nihilum dedúcitus est in conspéctu eius ma-lignus: * timéntes autem Dóminum glorificat.

Qui iurat próximo suo, et non décipit, * qui pecúniam suam non dedit ad usúram, et múnera super innocéntem non accépit.

Qui facit hæc, * non movébitur in ætérnum.

Ant. Lacte et melle * fluit revéra terra, ad quam misit eos Dóminus, ut ex his fructibus cognósci potest.

V. Exsultent iusti in conspectu Dei. R. Et delectentur in laetitia.

Sermo sancti Ioannis Damasceni

In Hist. B. Iosaph. cap. 12

Lectio iv

Beati isti, ac ter beati, ut qui Dei amore flagrarent, atque ob ipsius caritatem omnia pro nihilo duxerunt. Siquidem lacrimas profuderunt, diuque ac noctu in luctu versati sunt, ut perpetuam consolationem adipiscerentur. Seipso ultiro depresserunt, ut illic in altum attollerentur. Carnes suas fame ac siti et vigiliis confecerunt, ut illic paradisi deliciae et exultatio ipsos exciperent.

R. Sancta Mater Teresia honorificentia populi nostri: fecisti viriliter, manus Domini confortabit te; * Et eris benedicta in eternum. V. In diebus tuis emanaverunt putei aquarum; curasti gentem tuam et liberasti eam a perditione. - Et.

Lectio v

Spíritus Sancti tabernaculum per cordis puritatē exstiterunt, quemadmodum scriptum est: Inhabitabo in ipsis et inambulabo. Seipso mundo crucifixérunt, ut ad Christi dexteram starent. Lumbos suos in veritate succinxerunt, atque in promptu semper lámpades habuerunt, immortális Sponsi advéntum expectantes. Nam cum mentis oculis prædicti essent, horréndum illum diem

semper prospiciébant: atque tum futurorum bonorum, tum futuri supplícií contemplationem ita in corde defíxam gerébant, ut ab ipsa numquam divellerentur. Atque hic laborare studuerunt, ut sempiternæ gloriæ cónpotes essent. Perturbationum expértes, non secus atque Angeli, fuérunt: ac nunc cum illis, quorum vitam imitati sunt, choráe agunt.

R. Ioánnes natus est princeps fratrum, firmamentum gentis, stabilimentum populi sui * Et circa illum corona fratrum. V. Quasi plantatio cedri in monte Libano, sic circa illum stetérunt quasi rami palmæ omnes filii eius in gloria sua. - Et.

Lectio vi

Beati illi, ac ter beati, quóniam firmis mentis oculis præsentium rerum vanitatem, atque humánæ prosperitatis incertitudinem et inconstántiam perspexerunt, eaque reiecta, sempiterna bona sibi ipsis condidérunt, ac vitam eam, quæ numquam occidit, nec morte interrumpitur, arripuerunt. Hos igitur admirándos et sanctos viros, nos quoque indígni ac despicábles imitari studémus. Verum eorum vita celéstis fastigium minime asséquimur, sed pro infirmitatis nostræ, ac misera facultatis módulo eorum vitam exprímimus: atque ipsis habitum gérimus, etiam si ópera non assequámur. Etenim divinam hanc

professionem peccátum propulsare, atque incorruptionis per divinum Baptisma nobis concéssae sóciam et opitularicem esse perspectum habémus.

R. Terésia Virgo cum esset párvula plácuit Altissimo *

Et signa ac mirabilia fecit apud eam Deus Excélsus. V. Et Altissimo benedixit et vivéntem in sempiternum laudávit et glorificávit. - Et.

- Glória Patri. - Et.

In III Nocturno

Ant. 7 Spécies Carméli, * glória stellárum, vas castrorum in excélsis, in firmamento cæli resplendens glorióse.

3 Psalmus 15

Consérvame, Dómine, quóniam sperávi in te. * Dixi Dómino: Deus meus es tu, quóniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra eius, * mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmítates eorum: * póstea acceleravérunt.

Non congregábo conventicula eorum de sanguinibus, * nec memor ero nómimum eorum per lábia mea.

Dóminus, pars hereditatis meæ et cálicis mei: * tu es, qui restítues hereditatem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præcláris: * étenim hereditas mea præclára est mihi.

Benedíciam Dóminum, qui tristitiae mihi intelléctum: * insuper et usque ad noctem increpauerunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conspectu meo semper: * quóniam a dextris est mihi, ne commóvear.

Propter hoc laetatum est cor meum, et exultavit lingua mea: * insuper et caro mea requiéset in spe.

Quóniam non dereliques ániam meam in inférno: * nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecísti vias vitæ, adimplébis me lætitia cum vultu tuo: * delectatiōnes in dextera tua usque in finem.

Ant. Spécies Carméli, * glória stellárum, vas castrorum in excélsis, in firmamento cæli resplendens glorióse.

Ant. 8 In medio fratrum rectores illorum in honore, et qui timent Deum, erunt in oculis illius.

I Psalmus 31

Beati quorum remissæ sunt iniquitatæ: * et quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum, * nec est in spirito eius dolus.

Quóniam tacui, inventeravérunt ossa mea, * dum clamárem tota die.

Quóniam die ac nocte gravata est super me manus tua: * convérsus sum in ærúmna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cónignum tibi feci: * et iniustitiam meam non abscondi.

Dixi: Confitébor advérsum me iniustitiam meam Dómino: * et tu remisisti impietátem peccati mei.

Pro hac orábit ad te omnis sanctus, * in tempore opportuno.

Verúmtamen in diluvio aquárum multárum, * ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum a tribulatióne, quæ circundedit me: * exsultatio mea, érue me a circumdántibus me.

Intelléctum tibi dabo, et instruam te in via hac, qua gradiéris: * firmábo super te óculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus, * quibus non est intelléctus.

In camo et fráeno máxillas eórum constríngere, * qui non appróximant ad te.

Multa flagella peccatóris, * sperántem autem in Dómino misericórdia circúmdabit.

Lætámini in Dómino et exsultáte, iusti, * et gloriámini, omnes recti corde.

Ant. In médio fratum * rectóres illórum in honore, et qui timent Deum, erunt in oculis illius.

Ant. 9 Beáti immaculáti * in via et qui hábitant in domo tua, Dómine: in sécula sǽculórum laudábunt te.

2 Psalmus 32

Exsultáte, iusti, in Dómino: * rectos decet collaudátio.

Confitémini Dómino in cithara: * in psaltério decem chordárum psállite illi.

Cantáte ei cápticum novum: * bene psállite ei in vociferatióne.

Quia rectum est verbum Dómini, * et ómnia ópera eius in fide.

Díligit misericórdiam et iudicium: * misericórdia Dómini plena est terra.

Verbo Dómini cæli firmáti sunt: * et spíritu oris eius omnis virtus eórum.

Cóngregans sicut in utre aquas maris: * ponens in thesáuris abýssos.

Tímeat Dóminum omnis terra: * ab eo autem commoveántur omnes inhabitantes orbem.

Quóniam ipse dixit, et facta sunt: * ipse man-dávit, et créata sunt.

Dóminus díssipat consilia Géntium: * réprobat autem cogitatiónes populórum, et réprobat consilia príncipum.

Consilium autem Dómini in æternum manet: * cogitatiónes cordis eius in generatione et genera-tionem.

Béata gens, cuius est Dóminus, Deus eius: * póplus, quem élégit in hereditátem sibi.

De cælo respéxit Dóminus: * vidit omnes filios hóminum.

De præparáto habitáculo suo * respéxit super omnes, qui hábitant terram.

Qui finxit sigillátim cor-da eórum: * qui intellegit ómnia ópera eórum.

Non salváatur rex per multam virtútem: * et gigas non salvábitur in multitúdine virtutis suæ.

Fallax equus ad salútem: * in abundántia autem virtutis suæ non salvábitur.

Ecce óculi Dómini super metuéntes eum: * et in eis, qui sperant super misericórdia eius:

Ut éruat a morte áni-mas eórum: * et alat eos in fame.

Anima nostra sústinet Dóminum: * quóniam adiútor et protéctor no-ster est.

Quia in eo lætabitur cor nostrum: * et in nó-mine sancto eius sperávi-mus.

Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos: * quemámodum sperávi-mus in te.

Ant. Beáti immaculáti * in via et qui hábitant in domo tua, Dómine: in sécula sǽculórum laudábunt te.

V. Iusti autem in perpé-tuum vivent. R. Et apud Dóminum est merces eórum.

Léctio sancti Evangélii secúndum Mattháeum Lectio vii 19, 27-29 In illo tempore: Dixit Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus ómnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et réliqua.

Homilia sancti Ambrósii Episcopi In ps. 118 sermo 8 post initium

Ecce nos ómnia derelí-quis, et secuti su-mus te: hoc est, non quæsívimus quæ sǽculi sunt, non quæsívimus par-tem de possessiōnibus, sed te élégimus portiōnem. Reliquisti ergo ómnia, Petre, quæ habébas, unde habes quod habére te dicis? Sur-git claudus, et sono tui ser-mónis erigitur. Sanitatēm

alii donas, qui indigébas ipse tuæ salutis auxilio. Reliquisti ergo quæ habébas, et cepisti quæ non habébas. Christus tibi pótio, Christus tibi posséssio est: illius nomen tibi munificum, illius nomen tibi est fructuósum, illius nomen tibi tribúta depéndit, et bona tribúta, non pecúnia, sed grátiæ.

R. O quam pulchra est casta hæc generatio cum claritate! * Immortális est memória illius, et nota apud Deum et homines. V. Boni certáminis victrix, in perpetuum coronata triumpfat. — Immortális.

Lectio viii

Quicunque reliquerit patrem, aut matrem, aut domum, aut fratres, aut sorores, céntuplum accípiet in hoc sǽculo, et vitam æternam possidébit. Multos quidem in hoc sǽculo, qui sua paupéribus donavérunt, uberioré thesáuro locupletatos fuisse cognovimus. Est pulcherrimus locus, ut etiam ad misericordiam provocentur. Sed non debent a Dómino sǽcularem huiusmodi exígere mercédem, nec sperare quæ mundi sunt: sed magis quia iis, qui ómnia reliquerint, Deus pótio est. Ipse est útique merces perfecta virtutum, qui non céntupli enumeratione, sed perfectæ plenitúdinis aestimatione censétur. Ego, inquit, Deus tuus sum. Non dixit, Ego, sed iam sum, iam inhábito, iam possideo.

R. O felix Carmélus, quem honor divinæ dignationis iluminat, Virgo Mater protegit, * Gloriósus mártirum sanguis exornat, intermeratæ confessiónis cándida induit virginitas. V. Flóribus eius nec rosæ, nec lilia desunt. — Gloriósus. — Gloriósus Patri. — Gloriósus.

Lectio ix

Habes, homo, inter multa propónita etiam huiusmodi portiōnem. Propósuit tibi Dóminus in portiōne possessiōnes, in portiōne aurum, in portiōne argéntum, in portiōne honóres, in portiōne nobilitatē: propósuit etiam in portiōne seíspsum. Habes igitur plúrimas portiōnes, élige quam putas. Non te númerus perturbet, sed excítet grátiæ: non te labor avértat, sed fructus invítet.

Te Deum laudámus 6.

AD LAUDES

Ant. I Decor Carméli * datus est eis; ipsi vidébunt gloriā Dómini, et decórem Dei nostri.

Psalmi de dominica 383.

2 Super fundaméntum, * quod Christus est, superædificáront aurum, argéntum, lápides pretiósos.

3 Viri sapiéntes * implebúntur benedictiōne: hereditábunt honórem in pôpulo ipsórum, et nomen eórum erit vivens in æternum.

4 Audívi * quasi vocem turbárum in cælo dicéntium: Alleluia, salus, glória, et virtus Deo nostro; et iterum dixérunt: Alleluia.

5 In omni corde * et ore collaudémus et benedicámus Dómino in Sanctis nostris.

Capit. Is. 8, 18

Ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi Dóminus in signum, et in porténtum Israel a Dómino exercitúum, qui hábitat in monte Sion.

Hymnus

A vête, solitúdinis Claustrique mites incolæ,
Qui pertulisti impios Astus furéntis tárta.

Gemmas et auri póndera,
Et dignitatū culmina
Calcástis, et levíssima
Quæ mundus offert gáudia.

Rebus procul mortálibus
Mens avolábat férvida,
Divúmque iuncta cétui,
Hærébat inter sídera.

Amoris ictæ cùspide
Languent Terésia et Mágala:

Hæc vult « pati non émori »,
« Pati vel émori » áltera.

Crucis notátus nómine
« Sperni patique » flágitat:
Crux ómnibus fit pótio,
Honor, levámen, gáudium.

Passi labóres plúrimos
Vultu Dei iam cómpotes,
Vestrís, precámur, aemulís
Idem paráte prémium.

Cum Patre et almo Spíritu,
Iesu, tibi sit glória,

Qui natus es de Vírgine
Decore Carmelítidum.

Amen.

V. Mirabilis Deus in Sanctis suis. R. Et sanctus in ómnibus opéribus suis.

Ad Bened. ant. Christi piá grátiæ * Sanctos sublimávit, quos beátæ Vírginis ordo propagávit; nos eórum méritis pétimus adiuvári, atque suis précibus Deo commendári.

Oratio

Omnípotens et misericors Deus, qui nos ómniū Sanctórum órdinis beatissimæ Vírginis Mariæ de Monte Carmélo ánnua memoratiōne lètificas: concéde propitiū; ut eórum exémplis et méritis, in iugituæ legis meditatiōne, et perfécta abnegatiōne tibi soli vivéntes, ad æternæ vitæ felicitatē cum eis pervenire valeámus. Per Dóminum nostrum.

Et fit com. S. Iosaphat Ep. et Mart. (duplex):

Ant. Qui odit * ánimam suam in hoc mundo, in vitam æternam custódit eam.

V. Iustus ut palma florébit. R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio

Excita, quæsumus, Dómine, in Ecclésia tua Spíritum, quo replétus beátus Iosaphat Martyr et Pónitifex tuus ánimam suam pro óníbus pósuit: ut, eo intercedénte, nos quoque eódem Spíritu moti ac roboráti, ánimam nostram pro frátribus pónere non vereámur. Per Dóminum... in unitaté eiúsdem Spíritus.

Ad Horas antiphona et psalmi ut in psalterio suo quoque die assignati.

AD TERTIAM

Capitulum Ecce ego, ut supra ad Laudes 1240.

R. br. Lætāmini in Dōmino * Et exsultāte, iusti. - Lætāmini. V. Et gloriāmini, omnes recti corde. - Et exsultāte, iusti. - Glória Patri. - Lætāmini in Dōmino * et exsultāte, iusti.

V. Exsūltent iusti in conspéctu Dei. R. Et delectēntur in lætitia.

Oratio

Omnipotens et misericors Deus, qui nos ómnium Sanctorum Ordinis beatissimæ Vírginis Mariæ de Monte Carmélo ánnua commemoratione lætificas: concéde propitiis; ut eórum exémplis et méritis, in iugituæ legis meditatione, et perfécta abnegatione tibi soli viventes, ad æternæ vitæ felicitatem cum eis pervenire valeámus. Per Dóminum nostrum.

AD SEXTAM

Capit. Eccli. 44, 7
Omnis isti in generatiōnibus gentis suæ gloriā adépti sunt, et in diébus suis habéntur in laudiis.

R. br. Exsūltent iusti * In conspéctu Dei. - Exsūltent. V. Et delectēntur in lætitia. - In conspéctu Dei. - Glória Patri. - Exsūltent.

V. Iusti autem in perpétuum vivent. R. Et apud Dóminum est merces eórum.

AD NONAM

Capit. Eccli. 44, 13
Filii eórum propter illos usque in æternum manent: semen eórum et glória eórum non derelinquetur.

R. br. Iusti autem * In perpétuum vivent. - Iusti. V. Et apud Dóminum est merces eórum. - In perpétuum vivent. - Glória Patri. - Iusti.

V. Exsultábunt Sancti in glória. R. Lætabúntur in cubilibus suis.

IN II VESPERIS

Antiphona et capitulum de Laudibus hymnus de Matutinum

Psalmi de dominica 25, sed ioco ultimi dicitur psalmus 115 Crédidi, ut infra.

5 Psalmus 115

Créddi, propter quod locútus sum: * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo:
* Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino, * pro ómnibus, quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pôpulo eius: * pretiosa in conspéctu Dómini mors sanctorum eius:

O Dómine, quia ego servus tuus: * ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.

Dirupísti víncula mea:

* tibi sacrificábo hóstiam laudis, et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pôpuli eius: * in átriiis domus Dómini, in médio tui, Ierúsalem.

V. Exsultábunt Sancti in glória. R. Lætabúntur in cubilibus suis.

Ad Magnif. ant. Laudémus * viros gloriósos, et paréntes nostros in generatiōne sua. Qui de illis nati sunt, reliquérunt nomen narrándi laudes eórum.

Oratio

Omnipotens et misericors Deus, qui nos ómnium Sanctorum ordinis beatissimæ Vírginis Mariæ de Monte Carmélo ánnua commemoratione lætificas: concéde propitiis; ut eórum exémplis et méritis, in iugituæ legis meditatione, et perfécta abnegatione tibi soli viventes, ad æternæ vitæ felicitatem cum eis pervenire valeámus. Per Dóminum nostrum.

Die 15 novembri
Commemoratio
Omnium Defunctorum
Ordinis Nostri

Duplex

Hora competenti dicitur in choro Matutinum cum Laudibus: omnia ut in communī officio Defunctorum 775, ritu duplice. Post repetitam antiphonam ad Benedictus, flexis genibus, dicitur:

Pater noster, secreto usque ad

V. Et ne nos inducas in tentatiōnem. R. Sed libera nos a malo.

Et, omissa psalmo, statim subiungitur:

V. A porta ínferi. R. Erue, Dómine, ánimas eórum.

V. Requiescant in pace. R. Amen.

V. Dómine, exaudi oratiōnem meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Deus, véniæ largítor, et humánæ salútis amátor: quæsumus cleméntiam tuam; ut nostræ Congregatiōnis Fratres et Sorores, qui ex hoc século transiérent, beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitudinis consortium pervenire concédas. Per Dóminum.

V. Réquiem æternam dona eis, Dómine. R. Et lux perpétua lúceat eis.

V. Requiescant in pace. R. Amen.

Nec aliud adiungitur.

Post Vesperas diei 15 novembri, dicto Benedicámus Dómino, statim recitantur in choro Vesperæ Defunctorum, ut in communī 795, quæ concluduntur, omissa pariter psalmo, ut supra.

¶ Si commemoratio perpetuo impedita fuerit vel inciderit in dominicam, reposuit, iuxta rubricas, in proximiori insequenti feria non impedita.

Die 24 novembris

S. Ioannis a Cruce

Conf. et Eccl. Doct., Patris nostri

Duplex I classis

IN I VESPERIS

Antiphona 1

Zeddūcam eum * in
Montem Sanctum
meum, et lātifi-
cabo eum in do-
mo orationis meæ.

Psalmi de dominica 400 sed,
locu ultimi, dicitur ps. 116
Laudate Dóminum, omnes gen-
tes 403.

2 Libénter gloriábor * in
infirmitáibus meis, ut in-
hábitet in me virtus Chri-
sti.

3 Meditábar * in mandá-
tis tuis, quæ diléxi: et exer-
cébar in iustificationibus
tuis.

4 De excélo * misit ignem
in óssibus meis, et eruditiv
me.

5 Filii tui * de longe vé-
nient, et filiæ tuæ de látere
surgent.

Capit. Philipp. 3, 17

Fratres: Imitátore mei
estóte, et observáte eos
qui ita ámbulant, sicut ha-
bétis formam nostram.

Hymnus

Regis æterni generose mi-
les,
Ordinis nostri cólumen Io-
ánnes,
Quos tuis lèti méritis di-
cámus,
Súscipe plausus.

Próspere miram téneris ab
annis

Virginis matris pereúnte vita
Bis manum sentis: pia iam
dicárum

Servat alúmnum.
Prima tu nostræ sóboles
Paréntis,

Quem tibi credit, pópulum
refórmas;

Innovas templum, réfics ve-
tústam

Virginis Ádem.
Sic Redemptórís similando
gesta,

Per crucem primum réparas
decórem,
Ipse qua mundi reparávit
olim

Damna ruéntis.
Cánticum laudis Tríadi ca-
námus,

Cui Sacrum primo célebrans
Ioánnes,

Certa sperátæ retulisse gau-
det

Signa salútis. Amen.

V. Ora pro nobis, sancte
Pater Ioánnes. R. Ut di-
gni efficiámur promissióni-
bus Christi.

Ad Magnif. ant. Qui ha-
bet * zelum legis, éxeat post
me: et descendérunt multi,
quaréntes iudícium, et iu-
stitiám, in désertum.

Oratio

Deus, qui sanctum Ioán-
nem Confessórem tuum
atque Doctórem, Patrem no-
strum, perfécta sui abnega-
tionis, et crucis amatórem
exímium effecisti: concéde;
ut, eius imitatióni iúgiter
inhæréntes, glóriam asse-
quámur æternam. Per Dó-
minum nostrum.

Complet. de dominica 405.

AD MATUTINUM

Invit. Regem Confessó-
rum Dóminum, * Veníte,
adorémus.

Ps. 94 Venite, exsultémus 2.

Hymnus

Diem Ioánnes ádvehit,
Crucis micántem glória,
Cui fixus hæsit spíritu,
Fixámque gessit córpori.

Non probra, nec ludibria,
Farnes, flagélla, víncula
Sedáre iam valent sitim,
Qua dura fortis appetit.

Hæc poscit ille gáudia,
Hæc vult labóris præmia,
Hæc vota: confixi Ducis
Vivam referre imáginem.
Noctem volútans mýsti-
cam,

In nocte lucem pércepit:
De luce flammam súscipit,
Carméli ut agmen instruat.
Te, Christe, laudent cæ-
lites:

Tibique corda dédita
Currant, Ioánné prévio,
Ad vera vitæ gáudia.
Amen.

In I Nocturno

Ant. 1 Non iudicávi * me
scire áliquid inter vos, nisi
Iesum Christum, et hunc
Crucifixum.

Psalmi de communi Conf.
non Pont.

Ant. 2 Mihi vivere *
Christus est, et mori lucrum.

Ant. 3 Opérui * in ieíú-
nio ánimam meam: et pó-
sui vestiméntum meum ci-
licum.

V. Defécit in dolóre vita
mea. R. Et anni mei in
gemítibus.

De Epistola
beáti Pauli Apóstoli
ad Philippenses

Lectio i
1, 29-30; 2, 1-9

Fratres: Vobis donátum
est pro Christo, non
solum ut in eum cre-
dáitis, sed ut étiam pro illo

patiámini: idem certámen habéntes, quale et vidistis in me, et nunc audistis de me. Si qua ergo consolátio in Christo, si quod solátiu[m] caritatis, si qua societas spíritus, si qua viscera miseratiónis: impléte gáudium meum, ut idem sapiatis, eándem caritatem habéntes, unánimes, idíspsum sentientes, nihil per contentionem, neque per inánem glóriam: sed in humilitate superiores sibi ínvicem arbitrántes, non quæ sua sunt singuli considerántes, sed ea quæ aliórum. Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semet ipsum exinanivit formam servi accípiens, in similitudinem hóminum factus, et hábitu invéntus ut homo. Humiliavit semet ipsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum, et donávit illi nomen, quod est super omne nomen.

R. Mihi absit gloriari nisi in cruce Dómini nostri Iesu Christi: * Per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. V. Vivo autem, iam non ego: vivit vero in me Christus. - Per.

Lectio ii

3, 15-21

Quicúmque ergo perfécti sumus, hoc sentiámus: et si quid áliter sápit, et hoc vobis Deus revelábit. Verúmtamen ad quod pervenimus, ut idem sapiamus, et in eádem permaneámus régula. Imitatóres mei estóte, fratres, et observáte eos qui ita ámbulant, sicut habétis formam nostram. Multi enim ámbulant, quos saepe dicébam vobis (nunc autem et flens dico) inimicos crucis Christi: quorum finis intéritus: quorum Deus venter est: et glória in confusióne ipsórum, qui terréna sápiunt. Nostra autem conversatio in cælis est: unde étiam Salvatorem exspectámus Dóminum nostrum Iesum Christum, qui reformábit corpus humilitatis nostræ, configurátum cörpori claritatis suæ, secundum operationem, qua étiam possit subiicere sibi ómnia.

R. Castigo corpus meum,
* Et in servitútem rédigo.
V. Ut vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali.
- Et.

Lectio iii

4, 6-9

Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione, et obsevatione, cum gratiarum actio[n]e, petitiones vestræ innotescant apud Deum. Et pax Dei, quæ exsúperat

omnem sensum, custódiat corda vestra, et intellegéntias vestras, in Christo Iesu. De cétero, fratres, quæcúmque sunt vera, quæcúmque pudica, quæcúmque iusta, quæcúmque sancta, quæcúmque amabilia, quæcúmque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplínæ, hæc cogitáte. Quæ et didicistis, et accepistis, et audistis, et vidistis in me, hæc ágite: et Deus pacis erit vobiscum.

R. Existimo, quod non sunt condignæ passiónes hu[i]us témporis * Ad futúram glóriam, quæ revelábitur in nobis. V. Verbum crucis pereúntibus quidem stultitia est: nobis autem Dei virtus. - Ad. - Glória Patri. - Ad.

In II Nocturno

Ant. 4 Concáluit * cor meum intra me: et in meditatione mea exardescet ignis.

Ant. 5 In factis * mánum tuárum meditábar; et defécit spíritus meus.

Ant. 6 Dedit mihi * thesáuros abscónditos, et arána secretórum.

V. Cor meum, et caro mea. R. Exsultavérunt in Deum vivum.

Lectio iv

Ioánnes a Cruce, Fontibéri in Hispánia piis paréntibus natus, a primis annis certo innótuit, quam Deíparæ Virgini futurus es[set] accéptus; nam quinquennis in púteum lapsus,

eiúsdem Deíparæ manu sublátus, incólumis evásit. Tanto autem patiéndi desidério flagrávit, ut novénnis, spreto mollióri lecto, super sarméntis cubáre consuéverit. Aduléscens hospítio páuperum ægrotántium Metýmnæ Campi fámulum sese addíxit, quibus, magno caritatis ardore vilissima quæque compléctens offícia, præsto áderat. Cuius exémplo excitati céteri, éadem caritatis múnera ardéntius obíabant. Verum ad altiòra vocátus, beátæ Maríæ Vírginis de Monte Carmélo institútum ampléxus est; ubi, sacérdos ex obediéntia factus, severioris disciplínæ et arctioris vita cupidíssimus, primitiavm órdinis régulam ex superioris licéntia ita proféssus est ut, ob iugem Dóminicæ passiónis memóriam, bello in se tamquam in infénsissimum hostem indícto, vigiliis, ieíuniis, férreis flagellis, omnique pœnárum género, brevi carnem cum vitiis et concupiscéntiis suis crucifixerit: dignus plane, qui a sancta Terésia inter puriores sanctiorésque ánimas Ecclésiam Dei id témporis illustrantes recensemperátur.

R. Nostra conversatio in cælis est: * Unde Salvatorem exspectámus Dóminum nostrum Iesum Christum. V. Glóriam Dómini speculáentes, in eándem im-

ginem transformámur a claritátem. - Unde.

Lectio v

Singulári vitæ austéritaté et ómnium virtútum præsídio munitus, præ assidua rerum divinárum contemplatione, diutúrnas et mirabiles écstases fréquenter patiebárt: tantóque in Deum æstuábat amóre, ut, cum di-vinus ignis sese intro diútius continére non posset, foras erúpere eiúsque vulnus irradiare visus sit. Proximórum saluti summópere inténtus, tum in verbi Dei prædicatióne, tum in sacramentórum administratione fuit assiduus. Hinc tot méritis auctus, strictiorisque disciplinæ promovéndae ardore veheménter accénsus, sanctæ Terésiæ comes divinitus datus est, ut, quam ipsa inter sorores primævam Carméli órdinis observántiam instauráverat, eándem et inter fratres, Ioánnem adiútore, restitúeret. Innúmeros itaque una cum Dei fámula in divino ópere promovéndo perpessus labóres, cœnobia, quæ eiúsdem sanctæ Virgini-nis cura per totam Hispániam erécta fúerant, nullis vitæ incómodis et periculis térritus, singula perlustrávit, in quibus aliisque quamplúrimis, eius ópera eréctis, restaurátam obser-

vántiam propagando, verbo et exémplo firmávit: ut mérito primus, post sanctam Terésiam, Carmelítarum Excalceatórum órdinis profésor et parens habeártur.

R. Oriétur in tenebris lux tua, et tenebræ tuæ erunt sicut merídes: * Et Dóminus implébit splendóribus ánimam tuam. V. Mortificátus quidem carne, vivificátus autem spíritu. - Et.

Lectio vi

Virginitátem perpétuo cóluit, impudentesque mulieres eius pudicitia insidiári conántes, non modo repulit, sed etiám Christo lucrifécit. In divinis explícandis arcánis æque ac sancta Terésia, apostolicæ Sedis iudicio, divinitus instrúctus, libros de mýstica theología, cælesti sapiéntia refer-tos, conscrípsit. Semel interrogátus a Christo, quid præmii pro tot labóribus pósiceret, respóndit: Dómine, pati et contémni pro te. Império in dæmones, quos e corpóribus sæpe fugábat, discretiōne spirituum, prophetiæ dono, miraculórum glória celebratissimus, ea semper fuit humilitáte, ut sæpius a Dómino flagitáverit, eo loco mori, ubi ómnibus esset ignotus. Voti compos factus, Ubedæ, diro morbo et in crure quinque

plagis sánie manántibus, ad impléndum patiéndi desidérium constantissime tolerá-tis, Ecclésiæ sacraméntis pie sanctéqué suscéptis, in Christi crucifixi ampléxu, quem semper in corde atque ore habuerat, post illa verba: In manus tuas comméndo spíritum meum, obdormívit in Dómino, die et hora a se prædictis, anno salutis mil-lésimo quingentésimo no-nagésimo primo, ætatis quadragésimo nono. Migrán-tem eius ánimam splendi-dissimus ignis globus excé-pit; corpus vero suavíssimum odórem spirávit, quod, etiámnum incorrúptum, Se-góviæ honorifice cólitur. Eum, plúrimis ante et post óbitum fulgéntem signis, Benédictus décimus tértius Pónitifex Máximus in Sanctórum númerum rétulit, et Pius undécimus, ex sacrórum Rituum Congregatiónis consúltó, universális Ecclésiæ Doctórem declarávit.

R. Resplendébat lucerna eius super caput meum: * Et ad lumen eius ambulábam. V. Et nox sicut dies illuminábitur. - Et ad. - Glória Patri. - Et ad.

In III Nocturno

Ant. 7 Vir sápiens * plen-bem suam érudit, et fructus sensus illius fidéles sunt.

Ant. 8 Cibávit illum Dóminus * pane vitæ et intel-léctus, et aqua sapiéntia sa-lutáris potávit illum.

Ant. 9 Dedit illi * sciéntiam Sanctórum: honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illius.

V. Collaudábunt multi sa-pientiam eius. R. Et usque in séculum non delébitur.

Lectio sancti Evangélii secúndum Lucam

Lectio vii II, 33-36
In illo tempore: Dixit Iesus turbis: Nemo lucérnam accéndit, et in abscondito ponit, neque sub módio: sed supra candelábrum, ut qui ingrediúntur, lumen videant. Et réliqua.

Homilia sancti Augustíni Episcopi
De Serm. Dom. in monte lib. i

Bene módius dicitur: sive propter retributióne mensuræ, quia ea quisque recipiet, quæ gessit in corpore; ut, illic, inquit Apóstolus, recipiat unusquisque quæ gessit in corpore: et tamquam de hoc módio corporis álio loco dicitur: In qua mensura mensu-fueritis, in ea remetiéntur vo-bis. Sive quóniam temporália bona, quæ corpore pera-gúntur, certa diérum mensura et inchoántur et tráns-eunt, quam fortásse signifi-cat módius, ætérna vero et

spiritalia nullo tali fine coercentur. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum.

R. Apéruit os suum in oratione: * Et Dóminus spiritu intellegéntiae replévit illum. V. Et ipse tamquam imbres mittet elóquia sapientiæ suæ. - Et Dóminus.

Lectio viii

Sub módio ergo lucernam ponit, quisquis lucem bonæ doctrinæ cōmodis temporálibus obscurat et tegit. Super candelábrum autem, qui corpus suum ministerio Dei subiicit, ut superior sit prædicatio veritatis, et inferior sérvitus corporis: per ipsam tamen corporis servitutem excelsior luceat doctrina, quæ per officia corporália, id est, per vocem et linguam et céteros corporis motus in bonis operibus insinuáatur etiam discentibus. Supra candelábrum ergo ponit lucernam, cum dicit Apóstolus: Non sic pugno tamquam áerem cædens, sed castigo corpus meum, et servitúti subiicio, ne forte áliis prædicans ipse réprobus invéniar.

R. Quæsivit verba utilia, * Et conscrípsit sermones rectissimos, ac veritatem plenos. V. Et revélat profunda de ténebris. - Et conscrípsit. - Glória Patri. - Et conscrípsit.

Lectio ix

Quod vero ait: Ut luceat ómnibus, qui in domo sunt: domum puto dictam habitatiómem homínium, id est, ipsum mundum, propter id quod supérius ait: Vos estis lumen mundi. Aut si domum quisque vult accipere Ecclésiam, nec hoc est absúrdum. Sic luceat, inquit, lumen vestrum coram homínibus, ut videant bona facta vestra, et glorifícant Patrem vestrum, qui in cælis est. Si tantummodo diceret: Sic luceat lumen vestrum coram homínibus, ut videant bona facta vestra: finem constituisse videréetur in láudibus homínium, quas querunt hypocrítæ, et qui ámbiunt ad honores, et captant inaníssimam glóriam: sed addidit: Et glorifícant Patrem vestrum, qui in cælis est: ut hoc ipsum, quod homo per bona ópera placet homínibus, non ibi finem constituat, ut homínibus pláceat, sed réferat hoc ad laudem Dei, et propterea pláceat homínibus, ut in illo glorificétur Deus.

Te Deum laudámus 6.

AD LAUDES

et per Horas

Ant. i Natus est * princeps fratum, firmamentum gentis, stabilimentum populi.

Psalmi de dominica 383.

2 Tamquam lignum pomerum * áfferet primitiva, quia aquæ eius de Sanctuário egrediéntur.

3 Ædificábitur cívitas * in excélsø, et templum iuxta ordinem suum fundábitur.

4 Erunt filii eius * sicut a principio, et cœtus eius coram me permanébit.

5 Glória, et divitiae * in domo eius: et iustitia eius manet in sǽculum sǽculi.

Capit. Philipp. 3, 17

Fratres: Imitátoreis mei estóte, et observáte eos qui ita ámbulant, sicut habétis formam nostram.

Hymnus
Dum crucem gestat Dóminus, Ioánni
Alloquens offert méritas corónas;
Is crucis tantum cálices amáros
Súmere poscit.

Sunt pati, ac sperti sua vota, merces;
At satis numquam cùmulo dolórum,

Emori nulli sub honore notus

Instat, habéisque.
Pérgraves tandem crucis hos labóres

Morte conclúdit, meritumque pandit

Finis extrémi globus igne flagrans

Lapsus Olýmpo.
Fit micans æther rádiis cubile,

Lámpadum lumen tenebréscit omne:

Testis est fragrans odor ipse vitæ

Córpore sparsus.
Summa laus Patri, Genitóque Verbo,

Et tibi compar utriusque Flamen,
Quo beatórum pia turba semper

Pásctur igne. Amen.

V. Edúxit Dóminus lápidem primárium. R. Et exæquábit gratiā gratiæ eius.

Ad Bened. ant. Atténdite ad petram * unde excisi estis, ad Abraham patrem vestrum, et ad Saram, quæ péperit vos.

Oratio

Déus, qui sanctum Ioáninem Confessórem tuum atque Doctórem, Patrem nostrum, perféctæ sui abnegatiónis, et crucis amatórem exímium effecisti: concéde; ut, eius imitatióni iúgiter inhæréntes, glóriam assequámur æternam. Per Dóminum nostrum.

Ad Horas psalmi de dominica, ad Primam tamen ut in festis,

AD PRIMAM

Ant. Natus est * princeps fratum, firmaméntum gentis, stabiliméntum pópuli.

AD TERTIAM

Ant. Tamquam lignum pomiferum * áfferet primitiva, quia aquæ eius de Sanctuário egrediéntur.

Capit. Philipp. 3, 17
Fratres: Imitátoreis mei estóte, et observáte eos qui ita ámbulant, sicut habétis formam nostram.

R. br. Defécit in dolóre * Vita mea. - Defécit. V. Et anni mei in gemíbus. - Vita. - Glória Patri. - Defécit.

V. Cor meum, et caro mea. R. Exsultavérunt in Deum vivum.

AD SEXTAM

Ant. Aédificábitur cívitatis * in excélsio, et templum iuxta ordinem suum fundábitur.

Capit. Philipp. 3, 20
Nostra autem conversatió n in cælis est: unde étiam Salvatorem exspectámus Dóminum nostrum Iesum Christum.

R. br. Cor meum, * Et caro mea. - Cor meum. V. Exsultavérunt in Deum vivum. - Et. - Glória Patri. - Cor meum.

V. Collaudábunt multi sapiéntiam eius. R. Et usque in sǽculum non delébitur.

AD NONAM

Ant. Glória, et divítiae * in domo eius: et iustitia eius manet in sǽculum sǽculi.

Capit. Philipp. 4, 9

Quæ didicistis, et accepistis, et audistis, et vidi stis in me, hæc ágite: et Deus pacis erit vobiscum.

R. br. Collaudábunt multi * Sapiéntiam eius. - Collaudábunt. V. Et usque in sǽculum non delébitur. - Sapiéntiam. - Glória Patri. - Collaudábunt.

V. Edúxit Dóminus lápidem primárium. R. Et exæquábit grátiam gratiæ eius.

IN II VESPERIS

Ant. 1 Natus est * princeps fratum, firmaméntum gentis, stabiliméntum pópuli.

Psalmi de dominica 400 sed, loco ultimi, dicitur ps. 116 Laudáte Dóminum, omnes gentes 403.

2 Tamquam lignum pomiferum * áfferet primitiva, quia aquæ eius de Sanctuário egrediéntur.

3 Aédificábitur cívitatis * in excélsio, et templum iuxta ordinem suum fundábitur.

4 Erunt filii eius * sicut a princípio, et cœtus eius coram me permanébit.

5 Glória, et divítiae * in domo eius: et iustitia eius manet in sǽculum sǽculi.

Capit. Philipp. 3, 17

Fratres: Imitátoreis mei estóte, et observáte eos qui ita ámbulant, sicut habétis formam nostram.

Hymnus

O satis felix! Speculátor alti

Núminis, votis animóque Martyr,

Pánitens Virgo, memorández Vates,

Mystice Doctor.

Sæpe cum Christo, Gen-

trice casta

Verba commísces, Superís-

que vivens;

Inde doctrinæ tua scripta

fulgent

Lúmine tanto.

Mente perfusa rádiis ab

alto,

Montis ascénum, tenebrás-

que noctis,

Et facem vivam récolens

amoris,

Alta revélas.

Te sacri verbi reseránte

sensus,

Déserit nostras ánimas ca-

ligo,

Dum facis lumen rútilans

oriri

Noctis ab umbris.

Pésonet laudes Tríadi Io-

ánnes,

Cui Pater lumen, tribuítque

dona

Spiritus, vitæ résérat volú-

men

Cálicus Agnus. Amen.

V. Ora pro nobis, sancte Pater Ioánnes. R. Ut digni efficiámur promissióni bus Christi.

Ad Magnif. ant. Filii, * confortámini et viriliter ági te in lege: quia in ipsa gloriósi éritis.

Oratio

Deus, qui sanctum Ioán nem Confessórem tuum atque Doctórem, Patrem no strum, perféctæ sui abnega tionis, et crucis amatórem exímium effecisti: concéde; ut, eius imitatióni iúgiter inhæréntes, glóriam asse quámur æternam. Per Dó minum nostrum.

Complet. de dominica 405.